nec fui umquam valde cupidus, et nunc domus suppeditat mihi hortorum amoenitatem. Romam quum venissem a. d. XIII Kal. Octobr. absolutum offendi in aedibus tuis tectum: quod supra conclavia non placuerat tibi esse multorum fastigiorum: id nunc [62] honeste vergit in tectum inferioris porticus. Cicero noster [63], dum ego absum, non cessavit apud rhetorem. De eius eruditione quod labores, nihil est, quoniam ingenium eius nosti: studium ego video. Cetera eius suscipio, ut me putem praestare debere. Gabinium tres adhuc factiones [64] postulant: L. Lentulus, flaminis filius, qui iam de maiestate postulavit; Ti. Nero cum bonis subscriptoribus; C. Memmius tribunus plebis cum L. Capitone. Ad urbem accessit a. d. XII Kal. Octobr.; nihil turpius, nec desertius [65]. Sed his iudiciis nihil audeo confidere. Quod Cato [66] non valebat, adhuc de pecuniis repetundis non erat postulatus. Pompeius a me valde contendit de reditu in gratiam [67]; sed adhuc nihil profecit, nec, si ullam partem libertatis tenebo, proficiet. Tuas literas vehementer exspecto. Quod scribis te audisse in candidatorum consularium coitione [68] me interfuisse, id falsum est. Eiusmodi enim pactiones in ea coitione factae sunt, quas postea Memmius patefecit, ut nemo bonus interesse debuerit: et simul mihi committendum non fuit, ut his coitionibus interessem,

orti che tu mi tocchi, io veramente non ne fui mai troppo voglioso; ed anche al presente la casa ci fornisce di giardini amenissimi. Tornato a Roma, a' 19 di settembre, trovai della tua fabbrica finito il tetto; poscia che a te non piaceva che esso riuscisse sopra le stanze in molte punte, ora dicevolmente cala sopra il tetto del portico a basso. Il Ciceron nostro, essendo io fuori, non fallò mai alla scuola del Retore. Del suo imparare tu non dei darti pena: chè ben conosci il suo ingegno, ed io lo studiare che e' fa. Del resto per conto suo statti pure sopra di me: io mi tengo essertene pagatore. Tre partiti hanno tuttavia data l'accusa contro Gabinio [13]: L. Lentulo, figliuolo del Flamine, che l'accusò di lesa maestà; Ti. Nerone con sottoscrittori dabbene; C. Memmio tribuno della plebe con L. Capitone. Egli fu a Roma a' 20 di settembre: niente più vituperoso, nè più diserto. Ma sopra siffatti giudizii non oso far assegnamento veruno. Essendo malato, Catone non fu per anche accusato di frodo. Pompeo fa meco tanti sforzi per tirarmi a tornar seco in grazia: ma fino al presente non ne fece nulla; nè, potendo io mantener briciolo di libertà, punto farà [14]. Aspetto tue lettere come pioggia di luglio. Tu mi scrivi d'aver sentito dire che io fui uno della lega de' candidati consolari; ma egli è falso: conciossiachè in quella lega si fecero accordi di tal natura (come poi Memmio manifestò), che uom dabbene non ci dovea poter essere; ed anche io non poteva patire di trovarmi in tale trattato, dal quale

quibus Messala [69] excluderetur; cui quidem vehementer satisfacio rebus omnibus; ut arbitror, etiam Memmio. Domitio [70] ipsi multa iam feci, quae voluit, quaeque a me petivit. Scaurum beneficio defensionis valde obligavi. Adhuc erat valde incertum, et quando comitia, et qui consules futuri essent.

8 Quum hanc iam epistolam complicarem [71], tabellarii a vobis venerunt a. d. XI Kal. Oct. [72] vicesimo die. O me solicitum! quantum ego dolui in Caesaris suavissimis literis! sed quo erant suaviores, eo maiorem dolorem illius ille casus [73] afferebat. Sed ad tuas venio literas. Primum tuam remansionem etiam atque etiam probo; praesertim quum, ut scribis, cum Caesare communicaris. Oppium miror quidquam cum Publilio [74]: mihi enim non placuerat. Quod interiore epistola scribis, me Idibus Septembribus Pompeio [75] legatum iri, id ego non audivi, scripsique ad Caesarem, Vibullium Caesaris mandata de mea mansione [76] ad Pompeium pertulisse, nec ad Oppium [77]. Quo consilio? quamquam Oppium ego tenui, quod priores partes Bibuli erant. Cum eo enim coram Caesare egerat, ad Oppium scripserat. Ego vero nullas δευτέρας φροντίδας [78] habere possum in Caesaris rebus. Ille mihi secundum te et liberos nostros ita est, ut sit paene par. Videor id iudicio facere. Iam enim debeo: sed tamen amore sum incensus.

era escluso Messala; al quale io, in ogni cosa che posso, mi rendo (come credo) gradito, ed a Memmio altresì. Ad esso Domizio ho fatto di molti servigi che egli voleva e mi dimandò. Mi sono assai obbligato Scauro col benefizio della sua difesa. Egli è ancora in dubbio quando vogliamo avere i comizii, e quali i consoli.

8 Io era in ruotolar la lettera, ed ecco tuoi corrieri de' 21 di settembre, or fa venti giorni. Deh lasso me! che dolore fu il mio per le dolcissime lettere di Cesare! Ma quanto elle furon più dolci, tanto il dolore di quella disgrazia [15] mi fu inacerbito. Ma vengo alle tue lettere. La prima cosa, io benedico e ribenedico il tuo rimanerti costì, massime avendolo, come scrivi, comunicato con Cesare. Io son fuori di me come Oppio debba aver faccenda con Publio: da che a me non era punto piaciuto. Quello che tu verso il fine della lettera mi scrivi, che io a' 13 di settembre sono per andar legato di Pompeo, io nol sentii dire; ed ho scritto a Cesare che Vibullio aveva rappresentato a Pompeo la volontà di Cesare circa il mio restar qui, e non ad Oppio. Or che divisamento fu il suo? quantunque io tenni in dietro Oppio, perchè le prime parti si parteneano a Bibulo; poichè con lui Cesare avea negoziato di presenza, ad Oppio scritto senza più. Or nelle bisogne di Cesare io non posso darmi una pena di secondo grado [16]: egli dopo te e' figliuoli nostri nel mio affetto tiene tal luogo, che sta lor quasi a pari. Il che io mostro di fare per elezione (da che ne ho ben dovere): ma io il fo eziandio perchè mi consumo di lui.

9 Quum scripsissem haec infima, quae sunt mea manu, venit ad nos Cicero tuus ad cenam, quum Pomponia foras [79] cenaret. Dedit mihi epistolam legendam tuam, quam paullo ante acceperat, Aristophaneo modo [80], valde mehercule et suavem et gravem; qua sum admodum delectatus. Dedit etiam alteram illam mihi [81], qua iubes eum mihi esse affixum tamquam magistro. Quam illum epistolae illae delectarunt? quam me? Nihil puero illo suavius, nihil nostri amantius [82]. Haec inter cenam Tironi dictavi; ne mirere alia manu esse. Annali literae tuae pergratae [83] fuerunt, quod et curares de se diligenter, et tamen consilio severissimo iuvares. P. Servilius pater, ex literis, quas sibi a Caesare missas esse dicebat, significat valde te sibi gratum fecisse, quod de sua voluntate erga Caesarem humanissime diligentissimeque locutus esses. Quum Romam ex Arpinati revertissem, dictum mihi est, Hippodamum ad te profectum esse. Non possum scribere, me miratum esse, illum tam inhumaniter fecisse, ut sine meis literis ad te proficisceretur: illud scribo, mihi molestum fuisse. Iam enim diu cogitaveram, ex eo, quod tu ad me scripseras, ut, si quid esset, quod ad te diligentius perferri vellem, illi darem: quod mehercule hisce literis, quas vulgo ad te mitto, nihil fere scribo, quod si in alicuius manus inciderit, moleste ferendum sit. Minucio me,

9 Essendo io pervenuto a scrivere queste ultime righe (che son di mia mano), venne a cenar meco il tuo Cicerone (chè Pomponia cenava fuori), e mi diede a leggere la tua lettera in istile Aristofanico [17], in verità piacevole e grave: di che assai mi son ricreato. E mi diede anche quell'altra tua, nella quale tu lo inchiodi nella mia scuola come sotto un maestro. Che piacere sentì egli di quelle lettere! quanto io! Non è al mondo più cara cosa di quel fanciullo, nè persona più innamorata di me. Queste cose ho io dettate a Tirone sopra mangiare: non ti maravigliar di vedere un'altra mano. Ad Annale vennero carissime le tue lettere, che tu ti dessi briga delle cose sue con diligenza, e tuttavia che col severissimo tuo consiglio le favorissi. P. Servilio il padre, facendo ragion dalle lettere che dice mandategli da Cesare, ti è forte obbligato delle cose che tu amorevolmente ed accuratamente hai dette dell'animo suo verso di Cesare. Essendo io dall'Arpinate tornato a Roma, mi fu detto, lo Scozzonatore essere partito alla volta tua. Non posso dire che io mi sia maravigliato della bestialità sua, che si mosse senza mie lettere per te: dico, senza più, che la cosa mi dolse; conciossiachè egli è un pezzo che avea ragionato meco sopra quello che tu mi avevi scritto, che qualora io avessi cosa che volessi a te rapportata con la maggior sicurezza, di metterla in mano a lui: da che veramente in queste lettere, che il più ti mando, non è quasi mai nessuna cosa che mi debba increscere di saperla venuta alle mani di chicchessia. Io m'aspetto a Minucio, a Salvio, a Labeo-

et Salvio, et Labeoni reservabam. Labeo aut tarde proficiscetur, aut hic manebit. Hippodamus ne numquid vellem [84] quidem rogavit. T. Pinarius amabiles ad me de te literas mittit: se maxime literis, sermonibus, cenis denique tuis delectari. Is homo semper me delectavit; fraterque eius mecum est multum. Quare, ut instituisti, complectere adolescentem. Quod multos dies epistolam in manibus habui, propter commorationem tabellariorum, ideo multa coniecta sunt, aliud alio tempore, velut hoc. T. Anicius [85] mihi saepe iam dixit, sese tibi, suburbanum si quod invenisset, non dubitaturum esse emere [86]. In eius sermone ego utrumque soleo admirari: et te de suburbano emendo quum ad illum scribas, non modo ad me non scribere [87], sed etiam aliam in sententiam scribere; et, quum ad illum scribas, nihil te recordari, se [88] de epistolis illis, quas in Tusculano eius tu mihi ostendisti, nihil de praeceptis Epicharmi, γνῶθι, πῶς ἄλλῳ κέχρηται; totum denique vultum, animum, sermonem eius, quemadmodum coniicio, quasi [89]. Sed haec tu videris. De suburbano, cura, ut sciam, quid velis: et simul nequid ille turbet, vide. Quid praeterea? Quid? etiam. Gabinius a. d. IIII Kalendas Octobres [90] noctu in urbem introivit: et hodie hora VIII, quum edicto C. Alfii [91] de maiestate eum adesse oporteret, concursu magno, et odio uni-

ne. Labeone o partirà tardi, o rimarrà qui. Lo Scozzonatore nè anche adesso mi dimandò se nulla volessi. Tito Pinario mi scrive cose di zucchero della persona tua; e come egli non ha al mondo maggior piacere delle tue lettere, de' tuoi ragionari, e (per finirla) delle tue cene. Cotest'uom mi fu sempre giocondissimo; e 'l fratello di lui è molto di casa mia. Il perchè, come hai cominciato, fa festa al giovane. Avendo io avuto da molti dì tra mano questa lettera per lo badar de' corrieri, ne è avvenuto che assai cose ci ho io cacciato entro, una adesso, ed una poi, siccome è questa: T. Anicio mi disse già molte volte che dandogli alle mani qualche luogo sotto le mura di Roma, egli non avrebbe badato un respiro a comperarlo per te. In questo suo dire, due cose mi recano maraviglia: prima, che scrivendo tu a lui di cotesta compera, non pure non ne scrivi a me, ma e mi ti mostri anzi da ciò lontano le mille miglia; l'altra, che scrivendo tu a tale uomo, non ti ricordi più delle sue condizioni, di quelle sue lettere che tu mi mostrasti nel Tusculano, niente de' precetti di Epicarmo (*vedi maniere che egli ha tenuto con altri*); insomma dell'aspetto di lui, dell'animo, delle parole, quasi (come congetturo) quasi ... Ma di questo fatto prenderai tu bene consiglio. Quanto alla suddetta compera, fammi tu sapere il tuo intendimento, e nel tempo medesimo stammi in guardia che egli non guasti. Or che resta anche a dire? Che resta? ecco: Gabinio a' 28 di settembre entrò di notte in Roma; ed oggi, dovendo egli per editto di C. Alfio rappresentarsi in giudizio, per la gran calca e per l'odio di tutto il popolo, fu per esserne

versi populi paene afflictus est. Nihil illo turpius. Proximus tamen est Piso [92]. Itaque mirificum ἐμβόλιον cogito in secundum librorum meorum [93] includere, dicentem Apollinem in concilio deorum, qualis reditus duorum imperatorum futurus esset: quorum alter exercitum perdidisset, alter vendidisset [94]. Ex Britannia Caesar ad me Kal. Sept. dedit literas; quas ego accepi a. d. IIII Kalendas Octobr., satis commodas de Britannicis rebus; quibus, ne admirer, quod a te nullas acceperim, scribit, se sine te fuisse, quum ad mare accesserit. Ad eas ego ei literas nihil rescripsi, ne gratulandi quidem causa, propter eius luctum. Te oro etiam atque etiam, mi frater, ut valeas.

CXLVII. (Ad Div. VII, 16)

Argumentum. Ita laudat Trebatii sapientiam in vitando bellorum discrimine, ut timiditatis simul arguat, et alia per iocum adiungat.

Scr. Romae A. V. C. DCXCIX, mense Sept.

CICERO TREBATIO S.

In equo Troiano scis esse in extremo [1], « sero « sapiunt ». Tu tamen, mi vetule, non sero. Primas [2] illas rabiosulas sat fatuas dedisti: deinde, quod in Britannia non nimis φιλοθέωρον [3] te praebuisti, plane non reprehendo. Nunc vero in hi-

mandato a terra: niente più vituperoso; e tuttavia Pisone gli vien rasente. Di che io penso mettere nel secondo de' miei libri [18] un maraviglioso incidente, Apolline che nel concilio degli Dei dimanda di che sorta ritorno dovesse aspettarsi di due imperadori, de' quali l'uno avesse mandato a male, l'altro venduto l'esercito. D'Inghilterra Cesare mi scrisse il calen di settembre; io ebbi la lettera a' 28 d'ottobre, quanto alle cose dell'Isola da contentarsene. In essa lettera, per tormi di pena del non vedere tue lettere, mi dice che essendo lui al mare, tu non eri seco. A questa lettera niente io risposi, nè anche per modo di congratulazione, a cagione del suo dolore [19]. Con ogni maggiore studio ti prego, fratelmo, che ti abbia cura.

CXLVII. (A Div. VII, 16)

Argomento. Piaggia Trebazio di prudente a cessare i pericoli della guerra; tuttavia lui mordendo di pauroso; e così altre cose con lui berteggiando.

Scritta a Roma l'anno DCXCIX, nel mese di Settembre.

CICERONE A TREBAZIO S.

Tu sai che il cavallo troiano [1] finisce così: *Tardi rinsaviscono;* ma tu, il mio vecchierello [2], non punto tardi. La prima cosa, tu mi scrivesti quelle tue stizzosette e sciocche quanto bisogna; appresso, dell'esserti tu dimostro non troppo *vago* [3] *degli spettacoli* dell'Inghilterra, non posso al tutto condannarti. Ma tu

bernis iniectus [4] mihi videris. Itaque te commovere non curas. « Vsquequaque sapere oportet [5]. « Id erit telum acerrimum ». Ego si foris cenitarem, Cn. Octavio, familiari tuo, non defuissem. Cui tamen dixi, quum me aliquoties invitaret: Oro te, quis tu es? [6] Sed mehercule, extra iocum, homo bellus est. Vellem eum tecum abduxisses [7]. Quid agatis, et ecquid in Italiam venturi sitis hac hieme [8], fac plane sciam. Balbus mihi confirmavit, te divitem futurum. Id utrum Romano more locutus sit, bene nummatum te futurum, an, quomodo Stoici dicunt, omnes esse divites [9], qui caelo et terra frui possint, postea videro. Qui istinc veniunt, superbiam tuam accusant, quod negent [10] te percunctantibus respondere. Sed tamen est quod gaudeas [11]. Constat enim inter omnes, neminem te uno Samarobrivae iuris peritiorem esse.

CXLVIII. (Ad Div. I, 9)

Argumentum. 1 Primum Lentuli literas sibi periucundas fuisse demonstrat, quod grata sua erga ipsum studia esse scripserit, eumque imperatoris nomine ornatum et provinciam cum exercitu victore obtinere laetatur. 2 Deinde, quod Lentulus scripserat, se quod Cicero cum Caesare et Appio in gratia sit, haud reprehendere, mirari tamen quid sit, quod Vatinium defenderit ac laudarit; 3 primo loco fuse exponit quibus rationibus adductus Caesarem sibi ornandum putarit, eiusque dignitatem

mi par cotto fradicio de' quartieri d'inverno 4: onde tu non pensi di cavar piè di soglia. Così è da fare: *Un savio da tutti i lati. Questo debbe essere il colpo riservato.* Se io fossi uso di cenar fuori, non sarei fallito al tuo amico Gneo Ottavio 5; al quale tuttavia, avendomi più d'una volta invitato, risposi: Messere, di grazia, qual siete voi? — Ma fuor di beffa, egli è in buona verità una persona gentile. Deh! chè non menarmelo teco costà? Scrivimi come se la passi il Sere, e se pel verno che viene siate per passare in Italia 6. Balbo mi si saramentò che tu torneresti ricco. Ora se egli abbia parlato ad uso de' Romani, che tu torneresti ben addanaiato, ovvero in sentenza degli Stoici, che chiamano ricchi tutti quelli che possono godersi il cielo e la terra, starò a vedere. Que' che tornano costinci, tutti non fanno che dire della tua superbia; i quali dicono che tu non vuoi rispondere 7 a nessuno di cosa che ti dimandi: e tuttavia tu hai di che rallegrarti, essendo certo non essere in Samarobriva di tutti uno che di giure sappia quello che tu solo ne sai.

CXLVIII. (A Div. I, 9)

Argomento. 1 Dice a Lentulo, gran piacere aver preso dalle sue lettere, perchè conobbe lui aver gradito il suo affetto; e seco rallegrarsi del sentirlo gridato imperadore, e del suo governar la provincia con esercito vittorioso; 2 perchè poi Lentulo gli avea scritto com'egli non riprendea Cicerone del suo essere amico di Cesare e di Appio, ma si maravigliava come fosse stato che egli avesse difeso e lodato Vatinio; 3 la prima cosa, sottilmente gli espone, quali ragioni l'abbiano condotto a credere di dover lodare Cesare, e la

tuendam susceperit; 4 deinde quum de Appio nihil opus sit dicere, 5 cur Vatinium defenderit, 6 et cur cum Crasso in gratiam redierit, exponit. 7 Denique universe se ea consilia sequi, quae tum sibi tum etiam rei publ. rationibus conducere putet, affirmat. 8 Postremo addit alia quaedam; de scriptis suis post Lentuli discessum; 9 de Lentuli rebus domesticis; 10 de Q. fratris negotio; 11 de suo in Lentulum studio; 12 de Appii in provinciam successione; 13 de publicanis Lentulo conciliandis.

Scr. Romae A. V. C. DCXCIX, mense Sept.

M. T. CICERO P. LENTVLO IMPERAT. [1] S. D.

1 Periucundae mihi fuerunt literae tuae, quibus intellexi, te perspicere meam in te pietatem; quid enim dicam benivolentiam, quum illud ipsum gravissimum et sanctissimum nomen pietatis levius mihi meritis [2] erga mē tuis esse videatur? Quod autem grata tibi mea erga te studia scribis esse, facis tu quidem abundantia quadam amoris, ut etiam grata sint ea, quae praetermitti sine nefario scelere non possunt. Tibi autem multo notior atque illustrior meus in te animus esset, si hoc tempore omni [3], quo disiuncti fuimus, et una, et Romae fuissemus. Nam in eo ipso, quod te ostendis esse facturum, quodque et in primis potes, et ego a te vehementer exspecto, in sententiis senatoriis, et in omni actione, atque administratione rei publicae floruissemus: de qua

sua dignità favorire; 4 quindi non facendo bisogno dir nulla di Appio; 5 il perchè egli abbia difeso Vatinio; 6 e gli mostra perchè rappaciatosi con Crasso; 7 da ultimo afferma generalmente sè aver preso delle deliberazioni che sì a sè medesimo credeva utili, e sì alla Repubblica; 8 finalmente tocca qualche altra cosa: delle cose da sè scritte dopo la partenza di Lentulo; 9 de' fatti della famiglia di Lentulo; 10 dell'affar di Quinto, il fratello; 11 del suo affetto verso esso Lentulo; 12 del succedere ad Appio nella provincia; 13 del rappattumar esso Lentulo co' publicani.

Scritta a Roma l'anno DCXCIX, nel mese di Settembre.

M. T. CICERONE A P. LENTULO IMPERAT.[1] S.

1 Carissime mi furono le tue lettere, le quali mi dimostrarono che tu conosci la mia pietà verso di te; o dovea forse dirla benevolenza, quando il medesimo gravissimo e santissimo nome di pietà io l'ho per pochissima cosa a quello che tu meriti da me? Che poi tu mi scriva di gradire i servigi miei, egli è in fatti un cotal soperchio d'amore, cioè che tu gradisca eziandio quelle cose che senza un'orribil perfidia io non ti poteva negare. Se non che questo mio animo tu avresti meglio conosciuto, e con più onor mio, in tutto questo tempo che noi fummo insieme partiti, se in Roma e meco tu fossi stato: conciossiachè per quel medesimo che tu mi mostri di voler fare (e'l puoi meglio d'ogn'altro) e che io caldamente aspetto da te, cioè per la difesa delle sentenze senatorie, e per ogn'altro fatto ed amministrazione della Repubblica, saremmo saliti in gran

ostendam equidem [4] paullo post, qui sit meus sensus et status, et rescribam tibi ad ea, quae quaeris; sed certe et ego te auctore amicissimo et sapientissimo, et tu me consiliario, fortasse non imperitissimo, fideli quidem et benivolo certe, usus esses; quamquam tua quidem causa te esse imperatorem, provinciamque bene gestis rebus cum exercitu victore obtinere, ut debeo, laetor; — sed certe qui tibi ex me fructus debentur, eos uberiores, et praesentiores [5] praesens capere potuisses. In eis vero ulciscendis, quos tibi partim inimicos esse intelligis propter tuam propugnationem salutis meae, partim invidere propter illius actionis amplitudinem et gloriam, mirificum me tibi comitem praebuissem; quamquam ille perennis inimicus [6] amicorum suorum, qui tuis maximis beneficiis ornatus, in te potissimum fractam illam [7], et debilitatam vim suam contulit, nostram vicem [8] ultus est ipse sese. Ea est enim conatus, quibus patefactis, nullam sibi in posterum, non modo dignitatis, sed ne libertatis [9] quidem partem reliquit. Te autem etsi mallem in meis rebus expertum, quam etiam in tuis, tamen in molestia gaudeo, eam fidem [10] cognosse hominum, non ita magna mercede, quam ego maximo dolore cognoram. De qua ratione tota iam videtur mihi exponendi tempus dari, ut tibi rescribam ad ea, quae quaeris.

voce; intorno alla quale io ti mostrerò poco appresso quello che io senta, ed in qual passo mi trovi; e ti risponderò ad ogni cosa che tu vuoi sapere. Ma, non ha dubbio, io avrei di te avuto un confortatore amorevolissimo e sapientissimo, e tu di me un consigliere non affatto da nulla, certo leale e benevolo. Tuttavia dell' esser tu imperadore, e del tenere una provincia ben governata con un esercito vittorioso, io mi rallegro in tuo servizio, come è mio dovere; ma certamente que' frutti che tu dei aspettare da me, essendo tu qui, gli avresti côlti più larghi e onorevoli. Nel vendicarti poi di coloro i quali tu sai d' avere parte contrarii per quella tua difesa della salute mia, parte ingelositi per la chiarezza e gloria di quella tua impresa, io t' avrei maravigliosamente porta la mano: quantunque quell' eterno nemico de' suoi amici [2] (il quale, da te colmato di benefizii, rivolse contro te proprio quella slombata e fracassata sua forza) mi tolse di mano il piacere di vendicarmene: conciossiachè mise mano a siffatte trame, che, per essersi scoperte, non si lasciò per innanzi briciolo, non pur d' onore, ma nè eziandio di libertà [3]. Ora, quantunque io avrei amato meglio che tu, a uno risico non anche al tuo, avessi presa questa sperienza; tuttavia nel mio rammarico ho questo piacere, che tu abbi conosciuta la medesima lealtà degli uomini, non a tanto caro costo, quanto io con dolore grandissimo l' avea conosciuta. Di tutta la qual materia oggimai mi sembra d' avere il destro di farti la sposizione, e così avrò risposto a quello che mi domandi.

2 Certiorem te per literas scribis esse factum, me cum Caesare [11] et cum Appio esse in gratia: teque id non reprehendere adscribis; Vatinium [12] autem, scire te velle ostendis, quibus rebus adductus defenderim et laudarim. Quod tibi ut planius exponam, altius paullo rationem consiliorum meorum repetam, necesse est.

3 Ego me, Lentule, initio rerum [13] atque actionum tuarum, non solum meis, sed etiam rei publicae restitutum putabam: et, quoniam tibi incredibilem quemdam amorem, et omnia in te ipsum [14] summa ac singularia studia deberem, rei publicae, quae te in me restituendo multum adiuvisset, eum certe me animum merito ipsius debere arbitrabar, quem antea tantummodo communi officio civium, non aliquo erga me singulari beneficio debitum praestitissem. Hac me mente fuisse [15], et senatus ex me, te consule, audivit, et tu in nostris sermonibus collocutionibusque ipse vidisti. Etsi iam primis temporibus illis, multis rebus [16] meus offendebatur animus, quum, te agente de reliqua nostra dignitate [17], aut occulta nonnullorum odia, aut obscura in me studia cernebam. Nam neque de monumentis [18] meis ab iis adiutus es, a quibus debuisti; neque de vi nefaria, qua cum fratre eram domo expulsus [19], neque hercule in iis ipsis rebus, quae, quamquam erant mihi propter rei familiaris naufragia

2 Tu mi scrivi d'aver saputo per lettere come io sono rappattumato con Cesare e con Appio [4]; di che, soggiugni, io non ti biasimo [5]; ma vuoi essere informato di quello che mi debba aver condotto a difendere e lodare Vatinio [6]. Or volendo io sporre la cosa più chiaramente, mi bisogna pigliar più da alto la ragione de' miei consigli.

3 Dal principio delle vicende e gesta tue mi reputai, o Lentulo, restituito non pure alla mia famiglia, ma eziandio alla Repubblica; e conciossiachè io fossi a te debitore d'un amor incredibile, e di ogni maggiore e più specchiato servigio alla tua propria persona, io giudicai certo essere altresì alla Repubblica (la quale nel richiamarmi molto t'avea dato mano) per lo merito suo debitore di quell'affezione medesima che prima solamente per comun debito di cittadino, non per alcuno singolar benefizio fattomi, le doveva e le ho osservata. Che questo fosse l'animo mio essendo tu console, l'ha udito da me il Senato, e tu medesimo conosciutolo ne' miei colloquii e ne' ragionari. Tuttavia in quel primo tempo ci furono molte cose di che il mio animo era indegnato, veggendo io, mentre tu ti studiavi in quel che restava delle cose dell'onor mio, gli occulti odii d'alcuni, e d'altri il zelo mascherato. In fatti nessuno ti diede di spalla nel fatto de' miei monumenti, nè della scellerata violenza per la quale io era stato col fratello cacciato di casa. E certo nella restituzione di quelle cose (le quali, quantunque per lo subissamento di tutto l'es-

necessariae, tamen a me minimi putabantur in meis damnis, ex auctoritate senatus sarciendis [20], eam voluntatem, quam exspectaram, praestiterunt. Quae quum viderem (neque enim erant [21] obscura), non tamen tam acerba mihi haec accidebant, quam erant illa grata, quae fecerant [22]. Itaque quamquam et Pompeio plurimum, te quidem ipso praedicatore ac teste, debebam, et eum non solum beneficio, sed amore etiam et perpetuo quodam iudicio meo diligebam: tamen non reputans, quid ille vellet, in omnibus meis sententiis de re publica pristinis permanebam [23]. Ego sedente [24] Cn. Pompeio, quum, ut laudaret P. Sextium introisset [25] in urbem, dixissetque testis Vatinius, me fortuna, ac felicitate [26] C. Caesaris commotum, illi amicum esse coepisse: dixi me eam Bibuli [27] fortunam, quam ille afflictam putaret, omnium triumphis, victoriisque anteferre: dixique eodem teste, alio loco, eosdem esse [28], qui Bibulum exire domo prohibuissent, et qui me coëgissent. Tota vero interrogatio [29] mea nihil habuit, nisi reprehensionem illius tribunatus: in quo [30] omnia dicta sunt libertate animoque maximo, de vi, de auspiciis, de donatione [31] regnorum. Neque vero hac in causa modo, sed constanter saepe [32] in senatu. Quin etiam, Marcellino et Philippo consulibus, Nonis Aprilibus mihi est senatus assensus, ut de agro Campano [33], frequenti

ser mio m'erano necessarie, nondimeno io pregiava pochissimo) e, nel ristoro de' danni decretato a me dal Senato, non mi fu dato da lor quel favore ch'io m'aspettava. Ora, quantunque io vedessi siffatte cose (da che io non era cieco), tuttavia io non ne era tanto trafitto, quanto consolato de' benefizi passati. Per la qual cosa, quantunque io avessi di gran debiti con Pompeo (e tu me ne sei testimonio, e lo predicavi), e gli fosti affezionato non solo pe' benefizi, ma e per amore e per un certo giudizio da me fatto sempre di lui; nondimeno, senza badare a quello che gli dovesse piacere, io tenni sodo in tutti i vecchi miei sentimenti in fatto di Repubblica. Io, veggendo Cn. Pompeo venuto in città per lodare P. Sestio 7, avendo detto Vatinio testimonio che io lusingato dalla fortuna e prosperità di C. Cesare gli era diventato amico, ho risposto che la fortuna di Bibulo, la quale egli credea messa in fondo, io la mettea sopra tutti i costoro trionfi e vittorie; ed ho detto un' altra volta (Pompeo lo sa), que' medesimi essere stati che aveano a Bibulo fatto forza che non uscisse di casa, e che me ne aveano cacciato. Ora tutta la mia invettiva contro Vatinio non era altro che un mordere quel suo tribunato, dove io parlai con somma libertà e coraggio sopra tutti i punti: sopra la violenza, gli auspicii, la donazione de' regni. Nè ciò ho fatto io senza più in questa causa, ma spesso in senato costantemente. Ma e' c'è altro: nel consolato di Marcellino e Filippo, il Senato delle none d'aprile mi assentì che nel Senato degli idi di maggio in piena assemblea fosse posto il partito circa il fondo Campa-

senatu, Idibus Maiis referretur. Num [34] potui magis in arcem illius causae invadere, aut magis oblivisci temporum meorum, meminisse [35] actionum? Hac a me sententia dicta, magnus animorum factus est motus [36]; quum eorum, quorum oportuit, tum illorum etiam, quorum [37] numquam putaram. Nam hoc senatusconsulto [38] in meam sententiam facto, Pompeius, quum mihi nihil ostendisset se esse offensum, in Sardiniam et in Africam profectus est [39], eoque itinere Lucam ad Caesarem venit. Ibi multa de mea sententia questus est Caesar, quippe qui etiam Ravennae Crassum ante vidisset, ab eoque in me esset incensus. Sane moleste Pompeium id ferre constabat: quod ego quum audissem ex aliis, maxime ex meo fratre cognovi; quem quum in Sardinia [40] Pompeius paucis post diebus, quam Luca discesserat, convenisset: « Te, inquit, ipsum cupio; « nihil opportunius potuit accidere; nisi cum « Marco fratre diligenter egeris, dependendum « tibi est, quod mihi pro illo spopondisti. » Quid multa? questus est graviter; sua merita commemoravit; quid egisset saepissime de actis [41] Caesaris cum ipso meo fratre, quidque sibi is de me recepisset, in memoriam redegit; seque, quae de mea salute egisset, voluntate Caesaris egisse, ipsum meum fratrem testatus est; cuius causam dignitatemque mihi ut commendaret, rogavit, ut

no. Poteva io far impeto di maggior colpo nella rocca di quella causa? potea più dimenticarmi de' casi miei, o più ricordarmi dell'operato da me? Pronunziata quella mia sentenza, ne seguì grande commovimento degli animi, sì di coloro da' quali era da aspettare, e sì di quelli che io non avrei mai immaginato. Imperocchè, per quel senatoconsulto fatto a mia petizione, Pompeo, senza mostrarmi che l'avesse avuto per male, si mosse per la Sardegna e per l'Africa [8], e per la via medesima venne a Luca a Cesare; dove questi gli fece di gran doglianze di quella mia sentenza; e già molto prima avea in Ravenna veduto Crasso, il quale l'avea contro di me riscaldato. E certamente non era dubbio che a Pompeo la cosa scottava. Io avea già saputo il fatto da altri, e l'ebbi troppo meglio da mio fratello, col quale essendosi in Sardegna trovato Pompeo, *Appunto te voleva io* (gli disse): *niente mi poteva incontrare più in concio. Se tu non fai sollecita opera col fratel tuo Marco, apparècchiati di pagarmi la promessa fattami in nome suo.* Che più? si dolse agramente; gli ricordò suoi benefizi, i frequenti negoziati avuti con lui intorno agli atti di Cesare; gli tornò a mente quello di che gli era entrato mallevadore per conto suo, ed appellò testimonio esso mio fratello, che ogni cosa da lui fatta per lo mio salvamento erano state di volontà di Cesare; la cui causa e la dignità volendo che egli mi raccomandasse, lo pregò di fare

eam ne oppugnarem [42], si nollem, aut non possem tueri. Haec quum ad me frater pertulisset, et quum tamen Pompeius [43] ad me cum mandatis Vibullium misisset, ut integrum [44] mihi de causa Campana ad suum reditum reservarem; collegi ipse me, et cum ipsa quasi re publica collocutus sum: ut mihi, tam multa pro se [45] perpesso atque perfuncto, concederet, ut officium meum, memoremque in bene meritos animum [46], fidemque fratris mei praestarem; eumque, quem bonum civem semper habuisset, bonum virum [47] esse pateretur. In illis autem [48] meis actionibus sententiisque omnibus, quae Pompeium videbantur offendere, certorum hominum [49], quos iam debes suspicari, sermones afferebantur ad me: qui quum illa sentirent in re publica, quae ego agebam, semperque sensissent; me tamen non satisfacere Pompeio, Caesaremque inimicissimum mihi futurum, gaudere se aiebant [50]. Erat hoc mihi dolendum; sed multo illud magis, quod inimicum meum [51] (meum autem? immo vero legum, iudiciorum, otii, patriae, bonorum omnium) sic amplexabantur, sic in manibus habebant, sic fovebant, sic me praesente osculabantur: non illi quidem, ut mihi stomachum facerent, quem ego funditus perdidi, sed certe ut facere se arbitrarentur. Hic ego, quantum humano consilio efficere potui, circumspectis [52] re-

che io non la oppugnassi, se non avessi voluto o potuto mantenerla. Queste cose avendomi rapportate il fratello (e già Pompeo m'avea prima mandato Vibullio con suoi ordini che io non dovessi fino al suo ritorno ritoccar il punto della causa Campana), mi sono ricolto in me medesimo, e mi chiusi quasi in questo colloquio con essa Repubblica: Deh ti contenta che io osservi la promessa del fratel mio, il mio debito, e la memoria de' benefizi ad un uomo che tante gran cose ha tollerate e fornite per lo tuo bene; e se tu avesti di me sempre un buon cittadino, lasciami ora essere un uomo dabbene. — Oltre a ciò, in tutti que' miei fatti e sentenze che pareano rivolte contro Pompeo, m'era riferito quello che si dicea da cotale che tu dei poter indovinare: i quali conciossiachè nelle cose pubbliche giudicassero e sempre avessero giudicato secondo ciò che vedevano fare a me; tuttavia del mio non andar a' versi di Pompeo, e del dover avere Cesare contrarissimo, dicevano di rallegrarsi. Questa cosa dovea certamente dolermi; ma troppo più quest'altra, che egli così carezzavano, portavano in seno e covavano e sul mio viso baciavano il mio nemico (mio? anzi delle leggi, de' giudizi, della pace, della patria, di tutti i buoni); e non mica per muovermi a sdegno (chè già io l'ho spento dalle radici), ma pure perchè egli speravano di poter farlo. In questo termine, considerata da tutte parti ogni cosa, quanto mi diede l'umana prudenza, e fatta ogni ragione, ho recato in somma-

bus meis omnibus, rationibusque subductis, summam feci cogitationum mearum omnium: quam tibi, si potero, breviter [53] exponam.

4 Ego si ab improbis et perditis civibus rem publicam teneri viderem, sicut et meis temporibus [54] scimus, et nonnullis aliis accidisse [55], non modo praemiis, quae apud me minimum valent, sed ne periculis quidem compulsus ullis (quibus tamen moventur [56] etiam fortissimi viri), ad eorum causam me adiungerem: ne si summa quidem eorum in me merita constarent. Quum autem in re publica Cn. Pompeius princeps esset, vir is, qui hanc potentiam et gloriam maximis in rem publicam meritis, praestantissimisque rebus gestis esset consecutus, cuiusque ego dignitatis ab adolescentia fautor, in praetura autem et in consulatu [57] adiutor etiam exstitissem: quumque idem auctoritate et sententia per se, consiliis et studiis tecum me adiuvisset, meumque inimicum unum in civitate haberet inimicum: non putavi famam inconstantiae mihi pertimescendam, si quibusdam in sententiis paullum me immutassem, meamque voluntatem ad summi viri, de meque optime meriti dignitatem aggregassem. In hac sententia complectendus erat mihi Caesar, ut vides, in coniuncta et causa et dignitate. Hic multum valuit quum vetus amicitia, quam tu non ignoras mihi et Q. fratri cum Caesare fuisse, tum

rio tutti i miei divisamenti; i quali brevemente, se io potrò, ti voglio porre sugli occhi.

4 Se io vedessi la Repubblica venuta a mano di scellerati cittadini e perduti, come al nostro tempo sappiamo esser avvenuto, e di qualche altra età ci contan le storie, io nè da premii (che per me sono una ciancia), nè eziandio da alcun pericolo (comechè questi crollino anche i più forti) mi lascerei strascinare a mettermi nel loro partito, nè eziandio essendo loro debitor della vita. Ma conciossiachè nella Repubblica fosse primo un Pompeo, cioè un uomo arrivato a tanta gloria e potenza per infiniti meriti verso la Repubblica e per opere eccellentissime; un uomo la cui dignità fin dall'adolescenza io ho favorita, nella pretura e nel consolato aiutata; e conciossiachè il medesimo coll'autorità e colle sentenze di per sè, e teco co' consigli e con le cure a me diede aiuto, e non ebbe nella città altro nemico che pure il mio; non ho creduto di dover temere opinion di volubile, se in qualche cosa avessi mutato un po' sentimento, e vôlto l'animo ad amare la dignità d'un sommo uomo e di me al possibile benemerito. In questa mia deliberazione io dovea accomunar anche Cesare, avendo lui (come vedi) a comune la causa e la dignità. A ciò mi diede anche la pinta l'antica amicizia, la qual tu sai essere stata tra me, Q. fratello e Cesare; come altresì la li-

humanitas eius ac liberalitas, brevi tempore et literis [58] et officiis perspecta nobis et cognita. Vehementer etiam res ipsa publica [59] me movit, quae mihi videbatur contentionem, praesertim maximis rebus a Caesare gestis, cum illis viris nolle fieri, et, ne fieret, vehementer recusare. Gravissime autem me in hanc mentem [60] impulit et Pompeii fides, quam de me Caesari dederat; et fratris mei, quam Pompeio. Erant praeterea haec animadvertenda in civitate, quae sunt apud Platonem nostrum scripta [61] divinitus: Quales in re publica principes essent, tales reliquos solere esse cives. Tenebam memoria, nobis consulibus, ea fundamenta iacta ex Kalendis Ianuariis [62] confirmandi senatus, ut neminem mirari oporteret, Nonis Decembribus tantum vel animi fuisse in illo ordine, vel auctoritatis. Idemque memineram, nobis privatis usque ad Caesarem et Bibulum consules, quum sententiae nostrae magnum in senatu pondus haberent, unum fere sensum fuisse bonorum omnium. Postea quum tu Hispaniam citeriorem cum imperio obtineres, neque res publica consules haberet, sed mercatores [63] provinciarum, et seditionum servos ac ministros: iecit quidam casus [64] caput meum, quasi certaminis causa, in mediam contentionem dissensionemque civilem. Quo in discrimine quum mirifica senatus, incredibilis Italiae totius, singularis omnium

beralità sua e l'umanità, che in poco tempo noi abbiam conosciuta e toccata di lui in lettere e buoni ufizi. A questo medesimo fui anche mosso fortemente dallo stesso ben pubblico, il qual mi pareva che mi sconfortasse dal nimicarmi con siffatte persone (massime avendo Cesare tanti [9] meriti), e che anzi al tutto vi repugnasse: soprattutto poi mi fece forza a deliberarmi sì la fede che Pompeo avea di me data a Cesare [10], e sì che mio fratello a Pompeo. Ma ed erano da considerar bene nel fatto presente le divine parole del nostro Platone [11], cioè: Quali sono nella Repubblica i principi, tali soler essere i cittadini. — Io conservava nella memoria come, essendo io console, avea gittato tali fondamenti fin dal primo di gennaio [12] al rassodar del Senato, che non era poi da far meraviglia che alle none di decembre [13] quell' ordine mostrasse tanto di coraggio e d'autorità; e mi ricordava altresì, che essendo io privato fino al consolato di Cesare e di Bibulo, per lo gran peso che avea la mia sentenza in Senato, tutti i buoni furono per poco d'uno stesso sentire. Quindi, avendo tu il comando della Spagna citeriore [14] (quando la Repubblica non consoli, ma avea trafficanti delle provincie [15], e famiglia e bargelli di sedizioni), avvenne caso che gittò la mia vita, quasi a modo di duello, fra 'l bollor de' tumulti e dissensioni civili. In quel risico quantunque stesse per me un maraviglioso consentimento del Senato [16], un incredibile di tutta Italia, un peculiare di tutti i buoni al

bonorum consensio [65] in me tuendo exstitisset: non dicam quid acciderit (multorum est enim, et varia culpa): tantum dicam brevi [66], non mihi exercitum, sed duces [67] defuisse. In quo, ut iam sit in iis culpa, qui me non defenderunt; non minor est in iis, qui reliquerunt: et, si accusandi sunt, si qui pertimuerunt; magis etiam reprehendendi, si qui [68] se timere simularunt. Illud quidem certe nostrum [69] consilium iure laudandum est, qui meos cives, et a me conservatos, et me servare cupientes, spoliatos ducibus, servis [70] armatis obiici noluerim, declararique maluerim, quanta vis esse potuisset in consensu bonorum, si iis pro me stante pugnare licuisset [71], quum afflictum excitare potuissent. Quorum quidem animum tu non perspexisti solum, quum de me ageres, sed etiam confirmasti atque tenuisti. Qua in causa (non modo non negabo, sed etiam semper et meminero, et praedicabo libenter) usus es quibusdam nobilissimis hominibus, fortioribus in me restituendo, quam fuerant iidem in retinendo [72]: qua in sententia si constare voluissent, suam auctoritatem simul cum salute mea recuperassent. Recreatis enim bonis viris consulatu tuo, et constantissimis atque optimis actionibus tuis excitatis [73], Cn. Pompeio praesertim ad causam adiuncto, quum etiam Caesar, rebus maximis gestis, singularibus ornatus et novis honoribus ac

volermi salvo, non dirò quello che ne seguitò (da che la colpa fu varia e di molti); tuttavia dirò brevemente, non l'esercito, ma essermi i capitani mancati. Nel qual fatto, volendo anche porre la colpa in coloro che non mi difesero, certo non fu minore in quelli che m'abbandonarono [17]; e se da accusar furono alcuni che si lasciarono vincere al timore, troppo più erano da vituperare gli altri che simularono la paura. Ma certo dirittamente fu da lodare quel mio consiglio, del non aver tollerato che, privati de' condottieri, fossero esposti alle armi degli sgherri i miei cittadini da me salvati, e che me volevano salvare; e l'aver io amato meglio di far conoscere a tutti quanta sarebbe stata la forza de' buoni, se fossero lasciati combattere per me quand'era tuttavia in piedi; mentre, essendo io rovesciato, poterono rialzarmi; la cui affezione tu, argomentandoti del mio bene, non solamente hai veduta, ma rassodata. Nella qual causa (non solo nol negherò, ma e me ne ricorderò sempremai, e lo predicherò volentieri) tu avesti a mano certi nobilissimi personaggi, i quali nel rimettermi in istato furono più valenti, che nel mantenermi non erano stati. Nel qual loro proponimento se avessero voluto tener sodo, avrebbero insieme con la salute mia la loro autorità ricovrata: conciossiachè riconfortate nel tuo consolato le persone dabbene, e ravvivate co' costantissimi ed ottimi tuoi fatti, e soprattutto tirato in questa causa Gn. Pompeo (lasciando stare che anche Cesare, pieno di meriti, nobilitato di nuovi e peculiari onori e giu-

iudiciis senatus, ad auctoritatem eius ordinis adiungeretur, nulli improbo civi locus ad rem publicam violandam esse potuisset. Sed attende, quaeso, quae sunt consecuta. Primum illa furia [74] muliebrium religionum, qui non pluris fecerat Bonam deam, quam tres sorores, impunitatem est illorum [75] sententiis assecutus, qui (quum tribunus plebis [76] poenas a seditioso civi per bonos viros iudicio [77] persequi vellet) exemplum praeclarissimum in posterum vindicandae seditionis de re publica sustulerunt; iidemque postea non meum monumentum (non enim illae manubiae meae, sed operis locatio mea fuerat), monumentum vero senatus [78], hostili nomine, et cruentis inustum literis esse passi sunt. Qui me homines quod salvum esse voluerunt, est mihi gratissimum: sed vellem non solum salutis meae, quemadmodum medici, sed, ut aliptae, etiam virium et coloris rationem habere voluissent. Nunc, ut Apelles Veneris caput et summa pectoris politissima arte perfecit, reliquam partem corporis inchoatam reliquit [79]; sic quidam homines in capite meo solum elaborarunt, reliquum corpus [80] imperfectum ac rude reliquerunt. In quo ego spem fefelli non modo invidorum, sed etiam inimicorum meorum: qui de uno acerrimo et fortissimo viro, meoque iudicio, omnium magnitudine animi et constantia praestantissimo, Q. Metello, Lucii filio, quondam

dizi del Senato, s'era aggiunto a crescere a quell'ordine autorità), a niun furbo sarebbe rimasa presa da offendere la Repubblica. Ma bada ora, ti priego, che ne seguì. Innanzi tratto, la violazione de' misteri delle femmine [18], quando colui, il quale non avea avuta più riverenza alla dea Bona che a tre sue sorelle, n'andò per loro sentenza impunito; i quali, facendo un tribuno della plebe [19] richiamo in giudizio appresso leali giudici contro questo sedizioso cittadino, levarono dalla Repubblica uno splendidissimo esempio di mai più far vendetta de' sediziosi; ma ed essi medesimi poi tollerarono che quel non mio monimento (da che non era spoglia di mie vittorie, ma pur mia era l'allogagione dell'opera), ma sì del Senato [20], fosse scolpito a nome del nemico con lettere di sangue. Ora che que' cotali mi volessero vivo, mi è ben carissimo; ma io avrei amato meglio che non solo della mia vita, sì come i medici, ma si fossero data pena altresì, come gli ugnitori degli atleti [21], delle forze mie e del colore. Ma, come fece Apelle [22], che condusse a perfezione la testa e 'l sommo del petto di Venere, e l'altro corpo lasciò appena digrossato, così certi uomini s'adoperarono intorno alla mia testa, il resto del corpo lasciarono greggio ed imperfetto. Ora in quel fatto io ho frodata la speranza non pur di quelli che invidia, ma che mi portavano odio. Costoro avean dato orecchio ad un falso giudizio di Q. Metello [23], figliuol di Lucio [24], uomo infra tutti fortissimo ed acutissimo, il quale, a

falsam opinionem acceperant [81]: quem post reditum dictitant fracto animo et demisso fuisse. [Est vero probandum, qui et summa voluntate cesserit, et egregia animi alacritate abfuerit, neque sane redire curarit, eum ob id ipsum fractum fuisse: in quo quum omnes homines, tum M. illum Scaurum, singularem virum, constantia, et gravitate superasset] [82]. Sed, quod de illo acceperant, aut etiam suspicabantur, de me idem cogitabant, abiectiore animo me futurum: quum res publica maiorem etiam mihi animum, quam umquam habuissem, daret, quae declarasset, se [83] non potuisse me uno civi carere: quumque Metellum unius tribuni plebis rogatio, me universa res publica, duce senatu, comitante Italia, referente consule, promulgantibus octo tribunis, comitiis centuriatis, cunctis ordinibus [hominibus] [84] incumbentibus, omnibus denique suis viribus recuperasset. Neque vero ego mihi postea quidquam assumsi, neque hodie assumo, quod quemquam malivolentissimum iure possit offendere. Tantum enitor, ut neque amicis, neque etiam alienioribus opera, consilio, labore desim. Hic meae vitae cursus offendit eos fortasse, qui splendorem et speciem huius vitae intuentur, solicitudinem autem et laborem [85] perspicere non possunt. Illud vero non obscure queruntur, in meis sententiis, quibus ornem Caesarem, quasi descissem [86] a

mio parere, di grandezza e fermezza d'animo entrava innanzi a tutti. Di siffatto uomo vanno dicendo che tornato in patria mostrò animo scoraggiato e abbattuto. Ma eglino dovrebbono dimostrare come un uomo il quale di piena voglia uscì di patria, e con ilarità specchiata di cuore visse nel bando, nè del tornare punto si diede pena, fosse scoraggiato per questa ragion medesima per la quale non pur tutti gli uomini, ma e quello specchio di virtù M. Scauro [25] si lasciò addietro di costanza e di gravità. Ora questo medesimo che egli aveano sentito, e forse sospettavano di quel Metello, l'indovinavano eziandio di me: cioè che io sarei dovuto essere di animo assai snervato; quando in effetto la Repubblica mi spirò anzi un animo troppo maggiore, che io avessi avuto mai prima, avendo ella dichiarato me essere tal cittadino del qual solo non poteva star senza [26]; e laddove quel Metello la sola legge di un tribun della plebe, me l'intera Repubblica (capitanando l'opera il Senato, accompagnandola l'Italia, trombettandola otto tribuni, ponendo il partito un console, ne' comizii centuriati [27], dandoci di spalla gli ordini tutti ed ogni persona, in somma con tutte le forze) racquistò. Ora dopo di tutto questo io non mi arrogai punto nulla, nè m'arrogo al presente, che a qualunque uomo, eziandio se mi volesse il peggio del mondo, a ragione possa far noia. Solamente fo ogni possibile di non mancare agli amici, ma nè anche a' più straniati da me, di opera, di consiglio, nè di mia fatica. Questo mio tenore offende forse coloro i quali ragguardano lo splendore e l'appariscenza di questa mia vita, ma gli affanni e i travagli non posson vedere. Tuttavia questi trovano da appuntare non oscu-

pristina causa. Ego autem quum illa sequor, quae paullo ante proposui [87], tum hoc non in postremis, de quo coeperam exponere. Non offendes eundem bonorum sensum, Lentule, quem reliquisti; qui confirmatus consulatu nostro, nonnumquam postea interruptus, afflictus [88] ante te consulem, recreatus abs te, totus est nunc ab iis, a quibus tuendus fuerat, derelictus; idemque non solum fronte atque vultu, quibus simulatio facillime sustinetur, declarant ii, qui tum nostro illo statu optimates nominabantur, sed etiam sensu saepe iam tabellaque [89] docuerunt. Itaque tota iam sapientium civium, qualem me et esse et numerari volo, et sententia et voluntas mutata esse debet. Id enim iubet idem ille Plato [90], quem ego vehementer auctorem sequor: tantum contendere in re publica, quantum probare tuis civibus possis; vim neque parenti, neque patriae afferri oportere. Atque hanc quidem ille causam sibi ait [91] non attingendae rei publicae fuisse, quod, quum offendisset populum Atheniensem prope iam desipientem senectute, quumque eum nec persuadendo, nec cogendo regi posse vidisset, quum persuaderi posse [92] diffideret, cogi fas esse non arbitraretur. Mea ratio fuit alia, quod, neque desipiente populo, neque integra re mihi ad consulendum, capesseremne rem publicam, implicatus tenebar [93]. Sed laetatus tamen sum,

ramente ne' miei sentimenti favorevoli a Cesare: cioè, che io mi sia mutato del mio primo proposto [28]. Ma io vi sono tirato sì dalle cose poc'anzi esposte, e sì (che non è di sì poco peso) da quelle che avea cominciato toccare. Or tu non troveresti ora più, o Lentulo, quella concordia di sentire de' buoni che tu ci hai lasciata; la quale già ben rassodata nel consolato mio, ed ora da que' che mantener la dovevano, è derelitta; la qual cosa non pur nella fronte e nell'aspetto (ne' quali leggermente la simulazion si sostiene) dichiararono quelli che in quel mio fiore d'allora aveano nome di ottimati [29], ma ce la cantarono eziandio nelle tavolette e nelle sentenze. Per le quali cose tutto oggimai il sentimento e l'animo de' saggi cittadini (de' quali uno io voglio essere, e sono) si conviene esser cangiata: chè così insegna quel Platone, alla cui autorità io m'aggiusto al possibile: cioè, non essere nella Repubblica da mantener più di quello che [30] tu possa provar giusto a' tuoi cittadini, nè mai convenire al padre e alla patria di far violenza. — E pertanto del non aver lui mai voluto por mano alle cose pubbliche allegò questa ragione, che avendo egli trovati gli Ateniesi quasi fuori del senno per la vecchiezza, nè poter essere per forza nè per ragion ravviati, disperando di poter mai persuaderli, non giudicò lecito di fare ad essi violenza. Ma io era in altro termine, da che non essendo ancora il popolo dissennato, nè io libero di me al deliberarmi, se dovessi, o no, intramettermi de' pubblici affari, io era tenuto in pastoie. Tuttavia

quod mihi liceret in eadem causa et mihi utilia, et cuivis bono recta defendere. Huc accessit commemoranda quaedam, et divina Caesaris in me fratremque meum liberalitas: qui mihi, quascumque res gereret, tuendus esset; nunc in tanta felicitate, tantisque victoriis, etiamsi in nos non is esset, qui est [94], tamen ornandus videretur. Sic enim te existimare velim: quum a vobis [95], meae salutis auctoribus, discesserim, neminem esse, cuius officiis me tam esse devinctum non solum confitear, sed etiam gaudeam.

5 Quod quoniam tibi exposui, facilia sunt ea, quae a me de Vatinio et de Crasso [96] requiris. Nam de Appio quod scribis, sicuti de Caesare, te non reprehendere: gaudeo consilium tibi probari meum. De Vatinio autem, primum reditus intercesserat in gratiam per Pompeium, statim ut ille praetor est factus [97] quum quidem ego eius petitionem gravissimis in senatu sententiis oppugnassem, neque tam illius laedendi causa, quam defendendi atque ornandi Catonis. Post autem Caesaris, ut illum defenderem [98], mira contentio est consecuta. Cur autem laudarim, peto a te, ut id a me neve in hoc reo, neve in aliis requiras; ne tibi ego idem reponam, quum veneris: tametsi possum vel absenti. Recordare enim, quibus laudationem ex ultimis terris [99] miseris. Nec hoc pertimueris [100]. Nam a me ipso laudan-

mi son rallegrato che io mi sentiva anche in istato di poter nella causa medesima mantenere le cose a me utili, e le oneste per ogni uomo dabbene. S'aggiunse a questo una certa liberalità di Cesare verso di me e di mio fratello, memorabile e divina; or io avrei dovuto portarlo, checchè avesse egli fatto: quanto più al presente con tanta sua felicità e sì grandi vittorie [31] (se egli non fosse eziandio verso di me quello che è in fatti) non meritava egli che io il dovessi mettere in cielo! Ed al tutto io voglio che tu sii certo che (da te in fuori, autore d'ogni mio bene) non è al mondo persona da' cui servigi io mi confessi egualmente obbligato, ma e goda di essere.

5 Chiarite fin qua le cose, le altre che tu mi domandi di Vatinio e di Crasso rimangono chiarite da sè. Tu mi scrivi che non mi dai biasimo dell'operato da me con Appio [32], e dico lo stesso di Cesare. Bene sta che ti paia lodevole il mio consiglio. Quanto a Vatinio, io gli era tornato in grazia per opera di Pompeo, appena fatto lui pretore, comechè la petizion sua io avessi oppugnata in Senato con ragioni gravissime; il che io non feci tanto per contrariar lui, quanto per difendere ed onorare Catone. Or, dopo di ciò, Cesare fece ogni sforzo per recarmi a difenderlo. Il perchè poi io l'abbia lodato, non mel dimandare (te ne priego) nè nel caso di questo reo, nè degli altri: chè io te ne potrei rimbeccare sul viso; comechè potrei farlo eziandio dalla lunga: conciossiachè tórnati a mente a chi tu abbi mandato panegirici fin dal confine del mondo. Nè già per questo tu dei temere: dacchè quei

tur, et laudabuntur iidem. Sed tamen defendendi Vatinii fuit etiam ille stimulus, de quo in iudicio, quum illum defenderem, dixi me facere quiddam, quod in Eunucho [101] parasitus suaderet militi:

Vbi nominabit Phaedriam, tu Pamphilam
Continuo. Si quando illa dicet: Phaedriam intromittamus comissatum; tu, Pamphilam
Cantatum provocemus. Si laudabit haec
Illius formam; tu huius contra. Denique
Tu par pari [102] referto, quod eam mordeat.

Sic petivi a iudicibus, ut, quoniam quidam nobiles homines, et de me optime meriti, nimis amarent inimicum meum; meque inspectante saepe eum in senatu modo severe seducerent, modo familiariter atque hilare [103] amplexarentur, quoniamque illi haberent suum Publium, darent mihi ipsi alium Publium [104], in quo possem illorum animos, mediocriter lacessitus, leviter repungere. Neque solum dixi, sed etiam saepe facio, diis, hominibusque approbantibus.

6 Habes de Vatinio; cognosce nunc [105] de Crasso. Ego, quum mihi cum illo magna iam gratia esset [106], quod eius omnes gravissimas iniurias, communis concordiae causa, voluntaria quadam oblivione contriveram, eius repentinam defensionem Gabinii, quem proximis superioribus diebus acerrime oppugnasset [107], tamen, si sine

medesimi furono e saran celebrati da me. Se non che a difender Vatinio io fui sospinto da un altro quare: chè, difendendolo io, ho detto in giudizio ch' io facea una certa cosa che nell' *Eunuco* un parassito persuadeva a un soldato [33]:

Nomina ella Fedria? e tu tosto Pamfila. Se ella dice, Facciamo venir Fedria a mangiare; e tu, Chiamiamo qua Pamfila che ci canti. Loda ella la costui bellezza? e tu di rintoppo la costei. In somma rendile pan per focaccia, che la rimbecchi.

Così io dimandai a' giudici che, conciossiachè certi nobili, e di me assai benemeriti, troppo amavano il mio nemico, e sugli occhi miei in Senato ora in contegno il tiravano in disparte, ora domesticamente e con lieto viso l' abbracciavano, e da che essi aveano il loro Publio, ed essi a me concedessero un altro Publio, nel quale io lievemente provocato potessi leggermente gli animi loro repungere; la qual cosa non pure ho detto, ma con grado degli Dei e degli uomini fo molte volte.

6 Tu hai la cosa di Vatinio; odi ora di Crasso. Volendoci noi dianzi del bene assai (da che, in grazia del nostro andare d' accordo, io avea già di spontanea dimenticanza cancellate tutte le sue gravissime ingiurie), avvenne che di repente egli prese a difender Gabinio, avendolo giorni avanti fierissimamente oppugnato. Or se

ulla mea contumelia suscepisset, tulissem: sed, quum me disputantem, non lacessentem, laesisset, exarsi, non solum praesenti, credo, iracundia (nam ea tam vehemens fortasse non fuisset); sed, quum inclusum illud odium multarum eius in me iniuriarum, quod ego effudisse me omne arbitrabar, residuum tamen insciente me fuisset [108], omne repente apparuit. Quo quidem tempore ipso, quidam homines, et iidem illi [109] quos saepe nutu significationeque appello, quum se maximum fructum cepisse dicerent ex libertate mea, meque tum denique sibi esse visum rei publicae, qualis fuissem, restitutum, quumque ea contentio mihi magnum etiam foris [110] fructum tulisset: gaudere se dicebant, mihi et illum inimicum, et eos, qui in eadem causa essent, numquam amicos futuros. Quorum iniqui sermones quum ad me per homines honestissimos perferrentur, quumque Pompeius ita contendisset, ut nihil umquam magis, ut cum Crasso redirem in gratiam, Caesarque per literas maxima se molestia ex illa contentione affectum ostenderet: habui non temporum solum rationem meorum, sed etiam naturae [111]; Crassusque, ut quasi testata populo Romano esset nostra gratia, paene a meis laribus in provinciam est profectus. Nam quum mihi condixisset, cenavit apud me in mei generi Crassipedis hortis. Quamobrem eius causam, (quod te scribis au-

egli avesse ciò fatto senza mordere punto me, iò me ne sarei leggermente passato. Ma conciossiachè, disputando io, senza toccar punto lui, m' avesse trafitto, pigliai fuoco; e non, credo io, a cagion della sola ira d'allora (chè quella non sarebbe stata forse così veemente), ma perchè di quel mio sdegno che ho detto per le molte sue villanie in me chiuso (il quale io mi credeva aver tutto mandato fuori) era tuttavia rimaso un nonnulla, non sapendolo io medesimo, di repente tutto scoppiò. Ora in quel medesimo tempo alcuni uomini, ed eziandio quei medesimi i quali io sovente tocco a cenni ed a motti (come quelli i quali dicevano d'aver còlto gran frutto dalla mia libertà, ed a cui io pareva soltanto allora essere restituito alla Repubblica quello di prima: e in fatti quel mio parlar veemente mi avea, eziandio di fuori, di molto fruttificato) affermavano di provar gran piacere che e quel mio nemico, e gli altri dello stesso partito non mi dovessero mai essere amici. Ora i costoro iniqui parlari essendomi da personaggi orrevolissimi rapportati, e avendo Pompeo fatto sì calda opera che non mai la maggiore, perchè io tornassi in grazia con Crasso; e Cesare mostratomi per lettere d'essere tribolatissimo di quel trambusto; ho voluto aver riguardo, credo, non solo al caso mio, ma e alla mia natura. Il perchè Crasso, per dar al popolo pubblico pegno della nostra amicizia, volle per la provincia partire, quasi dalle mie camere; perchè, avendomene prima data la posta, cenò in casa mia negli orti di mio genero Crassipede: onde io, come la fede mia dimandava, ho

disse) magna illius commendatione susceptam, defendi [112] in senatu, sicut mea fides postulabat.

7 Accepisti, quibus rebus adductus, quamque rem causamque defenderim; quique meus in re publica sit pro mea parte capessenda status. De quo sic velim statuas, me haec eadem sensurum fuisse, si mihi integra omnia ac libera fuissent. Nam neque pugnandum arbitrarer contra tantas opes, neque delendum, etiamsi id fieri posset, summorum civium principatum, neque permanendum in una sententia, conversis rebus ac bonorum voluntatibus immutatis [113]; sed temporibus assentiendum. Numquam enim praestantibus in re publica gubernanda viris laudata est in una sententia perpetua permansio: sed, ut in navigando [114] tempestati obsequi artis est, etiamsi portum tenere non queas; quum vero id possis mutata velificatione assequi, stultum est eum tenere cum periculo cursum, quem ceperis, potius quam, eo commutato, quo velis, tandem pervenire: sic, quum omnibus nobis in administranda re publica propositum esse debeat id, quod a me saepissime dictum est, cum dignitate otium, non idem semper dicere, sed idem semper spectare debemus. Quamobrem, ut paullo ante posui, si essent omnia mihi solutissima, tamen in re publica non alius essem, atque nunc sum. Quum vero in hunc sensum et alliciar beneficiis homi-

preso a difendere, come tu mi scrivi d'aver udito, con alte lodi di lui, la sua causa.

7 Or tu se' chiaro qual negozio sia e qual causa io abbia difesa, e da quali ragioni tiratovi; e qual sia, quanto a me, il mio proposto nell' amministrare le cose pubbliche. Nel qual proposito io vorrei che tu fossi certo che questo medesimo sentimento avrei avuto se in tutte le cose io fossi stato libero di me stesso. Conciossiachè nè avrei creduto che convenisse combattere contro tanta potenza, nè doversi tor via (se anche si fosse potuto fare) il principato di sommi cittadini, nè essere da tener fermo nella stessa sentenza, essendo le cose rovesciate, e mutate le volontà de' buoni, ma da stare alle circostanze. Conciossiachè non fu mai lode di eccellenti Repubblicanti il tener fermo nella stessa deliberazione. Ma come nel mare è saggezza l'andare a' versi del vento, comechè tu non possa entrare nel porto, qualora poi tu lo possa entrarci, cangiando il maneggio delle vele, è pazza cosa a voler con pericolo continuare il corso già preso, piuttosto che, mutatolo, arrivare tuttavia al destinato fine: così dovendo tutti noi (come spessissime volte ho detto) nella Repubblica mirare a questo, di servar la pace con dignità, non dobbiamo già aver sempre lo stesso dire, ma il medesimo intendimento. Pertanto, siccome ho toccato testè, quando bene io avessi tutto in mia mano, io non sarei negli affari presenti altro da quello ch'io sono. E perocchè a così sentire io sia adescato da' benefizi d'alcuni, e sforzato dalle offese

num, et compellar iniuriis: facile patior, ea me de re publica sentire ac dicere, quae maxime quum mihi, tum etiam [115] rei publicae rationibus putem conducere. Apertius autem haec ago ac saepius, quod et Quintus frater meus legatus est Caesaris, et nullum meum minimum dictum, non modo factum, pro Caesare intercessit, quod ille non ita illustri gratia [116] exceperit, ut ego eum mihi devinctum putarem. Itaque eius omni et gratia, quae summa est, et opibus, quas intelligis esse maximas, sic fruor, ut meis. Nec mihi aliter potuisse videor hominum perditorum [117] de me consilia frangere, nisi cum praesidiis iis, quae semper habui, nunc etiam potentium benivolentiam coniunxissem. His ego consiliis, si te praesentem habuissem, ut opinio mea fert, essem usus eisdem. Novi enim temperantiam et moderationem naturae tuae: novi animum tum mihi amicissimum, tum nulla in ceteros malivolentia suffusum, contraque quum magnum et excelsum, tum etiam apertum et simplicem. Vidi ego quosdam in te tales, quales tu eosdem in me videre potuisti. Quae me moverunt, movissent eadem te profecto. Sed, quocumque tempore mihi potestas praesentis tui fuerit, tu eris omnium moderator consiliorum meorum: tibi erit eidem, cui salus mea fuit, etiam dignitas curae. Me quidem certe tuarum actionum, sententiarum, voluntatum, re-

d'alcuni altri, io mi lascio indurre assai lievemente a sentire e parlare quelle cose che mi paiono utili al mio ed al bene della Repubblica. Le quali cose io fo più alla scoperta, e spesso per questo, che Quinto fratelmo è legato di Cesare; e non mi venne, non che fatto, ma detto un minimo che in favor di Cesare, che egli non sel reputasse a sfolgorato favore: cotalchè io mel tengo già bello e preso e legato, perchè di tutta la grazia che egli ha (ed è somma), e la potenza che è grandissima, io ne fo come di cosa mia: e non c'era altra via da sventare le trame fattemi da questo fastidio d'uomini, che questa, di aggiugnere adesso a' rincalzi che ho sempre avuti la benevolenza delle persone potenti. Io porto dunque opinione che i medesimi consigli avrei io presi se tu qui fossi stato: conciossiachè io ben conosco la temperanza e moderazione di tua natura; conosco il tuo animo tenerissimo di me, e netto da ogni malevolenza a chicchessia: anzi come esso è nobile e grande, così semplice e schietto. Or io ho trovato d'alcuni quel medesimo animo verso di te, quale tu hai potuto vedere verso di me; e quelle cose che me commossero, certo avrebbono altresì te. Ma quandunque io possa aver copia di tua persona, tu sarai norma d'ogni mio consiglio; e tu medesimo che ti desti pena della mia vita, la ti darai altresì della mia dignità. Me avrai (tel prometto) sozio e consorte d'ogni tuo fatto, giudizio, volontà:

rum denique omnium socium comitemque habebis: neque mihi in omni vita res tam erit ulla proposita, quam ut quotidie vehementius te de me optime meritum esse lactere.

8 Quod rogas, ut mea tibi scripta mittam [118]: quae post discessum tuum scripserim, sunt orationes [119] quaedam, quas Menocrito dabo: neque ita multae, ne pertimescas [120]. Scripsi etiam (nam ab orationibus diiungo [121] me fere, referoque ad mansuetiores Musas; quae me maxime, sicut iam a prima adolescentia, delectant), scripsi igitur Aristoteleo [122] more, quemadmodum quidem volui, tres libros in disputatione ac dialogo [123] de Oratore, quos arbitror Lentulo tuo fore non inutiles. Abhorrent enim a communibus praeceptis, et omnem [124] antiquorum, et Aristoteleam, et Isocrateam rationem oratoriam complectuntur. Scripsi etiam versibus tres libros de temporibus meis [125]: quos iam pridem ad te misissem, si esse edendos putassem. Sunt enim testes, et erunt sempiterni meritorum erga me tuorum, meaeque pietatis. Sed verebar [126] non eos, qui se laesos arbitrarentur (etenim id feci parce et molliter), sed eos, quos erat infinitum bene de me meritos omnes nominare. Quos tamen ipsos libros, si quem, cui recte committam, invenero [127], curabo ad te perferendos. Atque istam [128] quidem partem vitae consuetudinisque nostrae totam ad te defero;

in somma di tutte le cose; nè più in tutta la vita io avrò mai l'animo ad altro che a questo, che tu debbi (l'un dì meglio che l'altro) rallegrarti d'avermi a te più strettamente obbligato.

8 Quanto al pregarmi che fai d'avere le cose da me scritte dopo la tua partenza, elle son certe orazioni [34] che io darò a Menocrito; nè già sono tante che tu debba prenderne ubbia. Ho scritto anche (chè dalle orazioni mi son quasi distolto, e rivoltomi a più mansueti studi [35], i quali meglio di tutto, come già fin dall'adolescenza, mi vanno a sangue), ho scritto adunque all'Aristotelica, proprio com'io volea [36], tre libri a modo di disputa, o dialogo, *Dell' Oratore*, i quali al tuo Lentulo non saranno, credo, disutili: imperocchè escono da' precetti comuni, ed abbracciano tutte l'antiche regole oratorie [37] degli antichi, d'Aristotele e d'Isocrate. Ho scritto anche in versi tre libri de' casi miei [38], i quali, è un pezzo, t'avrei mandati se li avessi creduti da pubblicare: chè sono e saranno sempremai testimonii de' tuoi meriti in me, e della mia pietà alla tua persona; ma nol feci per rispetto, non di quelli che si dovessero credere punti da me (chè il feci assai parcamente e mollemente), ma di quelli che essendo di me benemeriti, sarei stato infinito a volere nominar tutti. Tuttavia, se io troverò a cui dare essi libri sicuramente, vedrò che ti sieno portati. Ed ecco questa parte della vita ed esercizi nostri tutta a te profferisco; checchè o dalle lettere,

quantum literis, quantum studiis (veteribus nostris delectationibus) consequi poterimus, id omne ad arbitrium tuum, qui haec semper amasti, libentissime conferemus.

9 Quae ad me de tuis rebus domesticis scribis, quaeque mihi commendas, ea tantae mihi curae sunt, ut [129] me nolim admoneri: rogari vero sine magno dolore vix possum.

10 Quod de Quinti fratris negotio scribis, te priore aestate, quod morbo impeditus in Ciliciam [130] non transieris, conficere non potuisse; nunc autem omnia facturum, ut conficias: id scito esse eiusmodi, ut frater meus vere existimet, adiuncto isto fundo [131] patrimonium fore suum per te constitutum.

11 Tu me de tuis rebus omnibus, et de Lentuli tui nostrique studiis et exercitationibus, velim quam familiarissime certiorem, et quam saepissime facias: existimesque, neminem cuiquam neque cariorem, neque iucundiorem umquam fuisse, quam te mihi: idque me, non modo ut tu sentias, sed ut omnes gentes, etiam ut posteritas omnis intelligat, esse facturum.

12 Appius in sermonibus antea dictitabat, postea dixit etiam in senatu palam: sese, si licitum esset legem curiatam ferre, sortiturum esse cum collega provinciam; si curiata lex non esset, se paraturum [132], tibique successurum: legem curia-

o dagli studi (antichi nostri diletti) mi verrà fatto di ricogliere, tutto, da che sempre l'amasti, di bonissima voglia commetto nel tuo piacere.

9 Quello che tu mi scrivi delle cose tue di famiglia, raccomandandolemi, egli mi son tanto a cuore, che mi duol quasi che elle mi sien ricordate: ma le preghiere per questo conto a stento posso patirle senza grave dolore.

10 Quanto a ciò che mi scrivi dell'affare di Quinto mio fratello (cioè che la preterita state, per la malattia che ti tolse di poter passare in Cilicia, non lo potesti spacciare, ma che ora tu se' per fare il possibile di finirlo), sappi questa essere tal cortesia, che mio fratello, per la giunta di questo fondo [39], si tiene dovergli aver assicurato il suo patrimonio.

11 Io vorrei che d'ogni tuo fatto, e degli studi e delle prove del tuo e nostro Lentulo mi scrivessi il più domesticamente e più spesso che puoi; e che tu vivessi sicuro non essere mai stata al mondo persona a chicchessia più cara e gioconda, che tu se' a me; e che io farò in modo che questa cosa non solo la sperimenti tu, ma che la conoscano tutte le genti che sono, e tutte altresì che saranno.

12 Appio [40] prima d'ora a questo e a quello andava dicendo, e poi il disse aperto in Senato, che egli (se si potesse far legge curiata) avrebbe sortita la provincia col suo collega [41]; se non fosse potuta farsi, con esso collega sarebbesi accordato, ed a te succeduto; al

tam consuli ferri opus esse, necesse non esse; se, quoniam ex senatus consulto provinciam haberet, lege Cornelia imperium habiturum, quoad in urbem introisset. Ego, quid ad te tuorum quisque necessariorum scribat, nescio: varias esse opiniones intelligo. Sunt, qui putent [133], posse te non decedere, quod sine lege curiata tibi succedatur: sunt etiam, qui, si decedas, a te relinqui posse [134], qui provinciae praesit. Mihi non tam de iure certum est (quamquam ne id quidem valde dubium est), quam illud, ad tuam summam amplitudinem, dignitatem, liberalitatem [135], qua te scio libentissime frui solere, pertinere, te sine ulla mora provinciam successori concedere, praesertim quum sine suspicione tuae cupiditatis non possis illius cupiditatem refutare. Ego utrumque meum puto esse, et quid sentiam ostendere, et quod feceris defendere.

13 Scripta iam epistola superiore [136], accepi tuas literas de publicanis: quibus [137] aequitatem tuam non potui non probare. Facilitate [138] quidem vellem consequi potuisses, ne eius ordinis, quem semper ornasti, rem, aut voluntatem offenderes. Equidem non desinam tua decreta [139] defendere: sed nosti consuetudinem hominum. Seis, quam graviter inimici ipsi illi Q. Scaevolae [140] fuerint. Tibi tamen sum auctor, ut, si quibus rebus possis, eum tibi ordinem aut re-

console convenire che fosse fatta la detta legge, non essere necessario; e che essendogli per senatoconsulto assegnata provincia, egli avrebbe per la legge Cornelia ritenuto il comando fino all'entrar in città. Quello che a te ne scrivano i tuoi parenti non so; e veggo le opinioni esser molte. V'è chi dice non poter tu uscir di provincia, avendo successore, senza legge curiata; e v'è anche chi pensa poter tu farlo, lasciandovi alcun presidente. Quanto a me, io non son tanto deliberato circa la legge (quantunque nè anche questo non è una sfinge), quanto di questo, che alla somma tua nobiltà, dignità, liberalità (della quale so io che tu prendi infinito piacere) s'appartiene di cedere senza alcun ritardo la provincia al tuo successore: massimamente che tu non potresti svergognare l'avarizia di lui senza dar sospetto tu del medesimo vizio. Io reputo dover mio dirti aperto il mio sentimento, e difendere ogni partito che tu prendessi.

13 Scritta questa lettera, ecco la tua intorno a' publicani. Non potei non approvare la tua dirittura. Ma te beato! se avessi potuto fare (e questo mi piacerebbe) di non toccare la roba e l'animo di quell'ordine che sempre hai favorito. Certo io non fallirò mai di mantenere i tuoi decreti; ma tu sai bene quello che si usa: sai quanto la loro nimicizia sia pesata a quel medesimo Q. Scevola [42]. Or fa a modo mio, e cotesto ordine fa ogni possibile di tornartelo amico, o di am-

concilies, aut mitiges. Id etsi difficile est, tamen mihi videtur esse prudentiae tuae. Vale.

CXLIX. (Ad Att. IV, 16)

Argumentum. 1 Respondet Attici epistolae a Paccio allatae; 2 cur Varronem in libris de re publ. includere non possit, ostendit; 4 de consulatus petitorum rationibus exponit; 5 de iudiciis proxime futuris; 7 addit alia quaedam de Caesaris in se amore, et de Britannici belli exitu; 8 de Paulli basilica.

Scr. Romae A. V. C. DCXCIX, prid. Kal. Octobr. et postridie mane; exceptis tamen § 3, 6, 9, quae sunt aliarum epistolarum fragmenta.

CICERO ATTICO S.

1 Occupationum mearum vel hoc signum erit, quod epistola librarii manu est. De epistolarum frequentia te nihil accuso: sed pleraeque tantummodo mihi nuntiabant, ubi esses, vel etiam significabant recte esse, quod erant abs te [1]: quo in genere maxime [2] delectarunt duae fere eodem tempore abs te Buthroto [3] datae. Scire enim volebam, te commode navigasse. Sed haec epistolarum frequentia non tam ubertate sua, quam celeritate delectavit. Illa fuit gravis et plena rerum, quam mihi M. Paccius, hospes tuus, reddidit. Ad eam rescribam igitur, et hoc quidem primum: Paccio re et verbis ostendi, quid tua

mollirlo. La cosa non è facile, ma mi pare della tua prudenza. A Dio.

CXLIX. (Ad Att. IV, 16)

Argomento. 1 Risponde alla lettera di Attico, recatagli da Paccio; 2 gli mostra il perchè non possa introdurre Varrone ne' libri della Repubblica; 4 gli espone le condizioni di que' che dimandavano il consolato; 5 de' giudizii che erano per seguire; 7 aggiugne altro dell'amore di Cesare verso di lui, e dell'esito della guerra Britannica; 8 della basilica di Paolo.

Scritta a Roma l'anno DCXCIX, a' 30 di Settembre e al mattino del 2 d'Ottobre; eccetto però i § 3, 6, 9, che sono frammenti d'altre lettere.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Abbiti questa prova delle mie occupazioni: la lettera scritta dall'amanuense. Io non dico già che spesso tu non mi scrivi; ma le più delle tue lettere non mi dicevano altro, se non che dove ti trovavi, e anche come tu stavi bene, essendo scritte da te: del qual genere due furono sopra tutto a me care, che tu forse nel medesimo tempo scrivestimi da Butroto, essendo io in pena se avessi avuto buona navigazione. Ma e questo spesseggiar di tue lettere non mi fu tanto dolce per la ubertà sua, quanto per la celerità. Grave e piena di sugo fu quella che mi consegnò M. Paccio tuo ospite. A questa dunque risponderò, e comincio di qua: A Paccio ho fatto vedere in parole ed in fatti

commendatio ponderis haberet. Itaque in intimis est meis, quum antea notus non fuisset. Nunc pergam ad cetera.

2 Varro, de quo ad me scribis, includetur in aliquem locum [4], si modo erit locus. Sed nosti genus dialogorum meorum: ut [5] in oratoriis, quos tu in caelum fers, non mentio potuit [6] fieri cuiusquam ab iis, qui disputant, nisi eius, qui illis notus, aut auditus esset. Hanc ego de re publica, quam institui, disputationem in Africani personam, et Phili [7], et Laelii, et Manilii contuli. Adiunxi adolescentes, Q. Tuberonem, P. Rutilium, duo [8] Laelii generos, Scaevolam, et Fannium. Itaque cogitabam, quoniam in singulis libris utor prooemiis, ut Aristoteles in iis, quos ἐξωτερικοὺς vocat, aliquid efficere, ut non sine causa istum [9] appellarem: id quod intelligo tibi placere. Vtinam modo conata efficere possim! Rem enim, quod te non fugit, magnam complexus sum et gravem, et plurimi otii, quo ego maxime egeo. Quod in iis libris [10], quos laudas, personam desideras Scaevolae; non eam temere dimovi: sed feci idem, quod in πολιτείᾳ deus ille noster Plato. Quum in Piraeeum [11] Socrates venisset ad Cephalum, locupletem et festivum senem: quoad primus ille sermo haberetur, adest in disputando senex; deinde quum ipse quoque commodissime locutus esset, ad rem divinam di-

quanto avesse di peso la tua raccomandazione: che egli è de' miei intrinsechi, quando per l'avanti io nol conosceva pure. Or passo al resto.

2 Varrone, del quale mi scrivi, sarà da me incastonato in qualche luogo; sì veramente se luogo ci sia. Ma tu conosci i miei Dialoghi, come sien fatti: così ne' miei dell'Oratore, che tu metti in cielo, non fu possibile fare agl' interlocutori ricordare alcuno, se non quello essi avessero conosciuto, o sentitolo nominare. Or questo trattato della Repubblica fu da me ordinato così, che l'hò messo in bocca all'Africano [1], a Filo, a Lelio e a Manilio; e ci ho aggiunti i giovani Q. Tuberone e P. Rutilio, i due generi di Lelio, Scevola e Fannio. Adunque io faceva ragione (posciachè a ciascun libro io metto il proemio, a modo che Aristotile a que' suoi che nominò *Esoterici* [2]) mettere in campo una buona presa da poterci ragionevolmente nominar questo Varrone: il che veggo che ti va a grado. Così possa io condurre a termine questo lavoro! conciossiachè, siccome tu non dei ignorare, l'opera alla qual misi mano è grande e grave, e che vuole assai di ozio; ed io ne ho sì poco, che nulla meno. Se da que' libri, che tu lodi così, ho io contro il tuo desiderio cavato il personaggio di Scevola [3], nol feci senza un perchè: anzi ne ho preso l'esempio dal divin nostro Platone nella *Repubblica*. Essendo Socrate venuto nel Pireo a Cefalo, ricco vecchio e festevole, quanto durò quel primo ragionamento, ci disse la parte sua esso vecchio. Appresso, dopo aver anch'egli assai parlato a proposito,

cit se velle discedere; neque postea revertitur. Credo Platonem vix putasse satis consonum [12] fore, si hominem id aetatis in tam longo sermone diutius retinuisset. Multo ego satius hoc mihi cavendum putavi in Scaevola; qui et aetate, et valitudine erat ea, qua esse meministi; et iis honoribus, ut vix satis decorum videretur, eum plures dies esse in Crassi Tusculano. Et erat primi libri sermo non alienus [13] a Scaevolae studiis. Reliqui libri τεχνολογίαν habent, ut scis. Huic ioculatorem [14] senem illum, ut noras, interesse sane nolui.

3 [De re filiae [15], quod scribis, erit mihi curae. Etenim est luculenta res, Aureliani, ut scribis, indiciis [16]: et in eo me etiam Tulliae meae venditabo [17]. Vestorio non desum. Gratum enim tibi id esse intelligo; et, ut ille intelligat, curo. Sed scis, quid? quum habeat duo faciles [18], nihil difficilius. Nunc ad ea, quae quaeris de C. Catone. Lege Iunia, et Licinia [19] scis absolutum: Fufia ego tibi nuntio absolutum iri; neque patronis suis tam libentibus, quam accusatoribus. Is tamen et mecum, et cum Milone in gratiam rediit. Drusus reus est factus a Lucretio, iudicibus reiiciendis a. d. V Non. Quint. De Procilio rumores non boni: sed iudicia nosti [20]. Hirrus cum Domitio in gratia est. Senatus consultum quod hic consules de provinciis fecerunt, QVICVNQVE POSTHAC * * *].

dice di volersene andare per le sue divozioni; nè torna più. Io credo, Platone aver giudicato che troppo bene non si convenisse ritenere più in così lungo discorso un uomo di tale età. Ora questo riguardo io credetti dover molto più avere in Scevola, persona dell'età, che a te dee ben ricordare, e così malaticcio; ed anche posta in tali ufizi, che non dovea parer troppo dicevole il suo dimorare per molti dì nel Tusculano di Crasso. In oltre la materia del primo libro non era aliena dagli studi di Scevola [4]; gli altri, come tu sai, versano intorno a' precetti dell'arte: ecco il perchè non volli che un vecchio motteggevole ci avesse luogo.

3 [Dell'affar della figlia, di cui mi scrivi, avrò cura: poichè la cosa è di molta importanza, a quel che ne mostra Aureliano, come tu di'; e in essa io mi proferirò bene alla mia Tullia. Quanto a Vestorio, non mancherà, da che questo ti piace; e fo per forma che egli sel vegga. Ma sai tu, uomo che egli è? avendo egli per sè due persone tutte alla mano, egli è il meno che possa essere [5]. Or vengo alle cose di C. Cesare, che vuoi sapere. Ben sai, fu assoluto per legge Giunia e Licinia [6]: ed io ti fo sapere che egli altresì per legge Fufia [7] n'andrà benedetto; e ciò non tanto con piacere de' suoi avvocati, quanto degli accusatori. Egli per altro s'è rappattumato meco e con Milone [8]. Fu da Lucrezio data querela a Druso; e a' giudici si darà eccezione a' tre di luglio. Di Procilio [9] ne va voce non buona: ma tu sai giudizii! Hirro [10] è pacificato con Domizio. Il senatoconsulto, *QVICVNQVE POSTHAC*, che i consoli hanno fatto circa le provincie [11] ***].

4 ** non mihi [21], ut qui iam intelligebamus enuntiationem illam Memmii valde Caesari displicere. Messala noster, et eius Domitius competitor liberalis in populo [22] valde fuit. Nihil gratius. Certi erant [23] consules scilicet. At senatus decrevit, ut tacitum iudicium [24] ante comitia fieret. Ab iis consiliis, quae erant omnibus [25] sortita in singulos candidatos, magnus timor candidatorum. Sed quidam iudices, in his Opimius VEIEN., TRO. Antius [26], tribunos plebis appellarunt, ne iniussu populi iudicarent. Res cedit [27]. Comitia dilata ex senatus consulto, dum lex de tacito iudicio ferretur. Venit legi dies; Terentius [28] intercessit. Consules, qui illud levi brachio egissent [29], rem ad senatum detulerunt. Hic Abdera [30], non tacente me. Dices, tamen tu non quiescis? — Ignosce, vix possum. Verumtamen quid tam ridiculum? Senatus decreverat, ne prius comitia haberentur, quam lex lata esset: si qui intercessisset, res integra referretur. Coepta ferri leviter; intercessum non invitis; res ad senatum; de ea re ita censuerunt [31]; comitia primo quoque tempore haberi esse e re. Scaurus, qui erat paucis diebus illis absolutus, quum ego partem eius [32] ornatissime defendissem, obnuntiationibus per Scaevolam interpositis [33], singulis diebus usque ad pridie Kal. Octob. quo ego haec die scripsi, sublatis [34], populo tributim domi suae satisfecerat. Sed tamen, etsi uberior libera-

4** da che io vedea troppo bene che quella manifestazione di Memmio [12] era forte a Cesare dispiaciuta. Il nostro Messala e Domizio suo competitore largheggiò molto al popolo: niente più gradito. I consoli si teneano per belli e fatti. Ora il Senato fece decreto che prima de' comizii fosse fatto giudizio segreto. A' candidati [13] battea forte il cuore, a conto de' giudici che erano per ciascun di loro stati assortiti. Ma alcuni giudici, tra quali Opimio della Veientina, Anzio della Tromentina [14] appellarono a' tribuni della plebe, che non dovessero dar giudizio senza assentimento del popolo. L'affare fu rapportato al Senato. Per senatoconsulto i comizii furono allungati fino a legge fatta circa il giudizio segreto. Venuto il dì per la legge, Terenzio si oppose. I consoli, che in ciò aveano operato mollemente, rassegnarono la cosa al Senato. Qui fu l'Abdera [15]: e certo io non fui mutolo. Or tu dirai: Tu per altro non ti dai pace. — Perdonami: a troppo gran pena posso tenermi. Ma in fatti, quando fu mai cosa altrettanto sciocca? Il Senato avea fatto decreto, i comizii non dover essere, che prima la detta legge non fosse fatta; se alcuno avesse contraddetto, la cosa si rimettesse al Senato. Fu quella cominciata far freddamente; fu opposto senza troppo loro dolerne. La cosa andò in Senato, e ne fu fatto questo decreto: Importar troppo che i comizii fossero fatti al più presto. — Scauro, il quale pochi dì prima era stato assoluto (ed io avea in difesa di lui perorato soprammano) ponendo di dì in dì impedimento d'augurii per mezzo di Scevola [16], fin all'ultimo di settembre (quando io scrissi questa), avea guasti i comizii, ed unto le mani al popolo, tribù per tribù, in casa propria. Ma quan-

litas huius, gratior [35] esse videbatur eorum, qui occuparant [36]. Cuperem vultum videre tuum, quum haec legeres. Nam profecto spem [37] non habes nullam, haec negotia multarum nundinarum [38] fore. Sed senatus hodie fuerat futurus, id est, Kal. Octobribus. Iam enim luciscit [39]. Ibi loquetur, praeter Antium et Favonium, libere nemo. Nam Cato aegrotat. De me nihil timueris; sed tamen promitto nihil.

5 Quid, quaeris, aliud? iudicia, credo. Drusus, Scaurus non fecisse videbantur. Tres candidati fore rei putabantur, Domitius a Memmio, Messala a Q. Pompeio Rufo, Scaurus a Triario, aut a L. Caesare. Quid poteris, inquies, pro iis dicere? ne vivam, si scio. In illis quidem tribus libris [40], quos tu dilaudas, nihil reperio.

6 [Nunc ut opinionem [41] habeas rerum, ferendum est. Quaeris, ego me ut gesserim? constanter et libere. Quid ille [42], inquies, ut ferebat? — Humaniter, meaeque dignitatis, quoad mihi satisfactum esset [43], habendam sibi rationem putabat. Quo modo ergo absolutus? omnino γερұεῖα γυμνά: accusatorum incredibilis infantia, id est L. Lentuli, L. F. quem fremunt omnes praevaricatum; deinde Pompeii mira contentio; iudicum sordes. Attamen XXXII condemnarunt, XXXIIX absolverunt. Iudicia reliqua [44] impendent: nondum est plane expeditus. Dices, tu ergo haec quo modo fers? —

tunque la grascia sia stata più larga, mostrò di essere stata più gradita l'altra di quelli che lo aveano preoccupato. Io pagherei di vedere gli atti di viso che tu fai leggendo coteste cose: chè certo hai qualche speranza che questi traffichi vogliono essere per molti mercati [17]. Ma oggi, calen d'ottobre, doveva esser Senato: chè già è albóre. In esso, da Anzio [18] e Favonio in fuori, nessun parlerà libero: chè Catone è malato. Di me, non dubitare; ma tuttavia nulla prometto.

5 Che aspetti tu ancora? i giudizi, neh? Druso e Scauro mostrano innocenti. I tre candidati si crede dover essere accusati: Domizio da Memmio [19], Messala da Q. Pompeo Rufo [20], Scauro da Triario [21], o da L. Cesare [22]. Or che potrai tu dire, mi dirai tu, in costor difesa? Possa io morire se io il so: certo in que' miei tre libri, che tu metti in cielo, non trovo cosa da ciò.

6 [Ma se tu vuoi sapere il mio sentimento, egli è da avere pazienza. Come dunque, tu di', ti portasti? con costanza e con libertà. Ma quel cotale come sel comportava? Cortesemente, giudicando di dover avere riguardo alla dignità mia, fino ad essermene data soddisfazione [23]. Or come dunque, dirai, è stato egli assoluto? *Le nude maschere.* — Prima, l' incredibile imperizia di parlare degli accusatori [24], cioè di Lentulo [25] figliuolo di Lucio, il quale tutti, fremendo, accusano di prevaricazione; l' altra, l' incredibile sforzo di Pompeo e l' avarizia de' giudici. Tuttavia da trentadue fu condannato, assoluto da trentotto. Ma sono ancora in pendente gli altri punti d'accusa [26]: egli non è ancora del tutto dilibero. Ma dirai: Or come porti tu siffatto

Belle mehercule, et in eo me valde amo. Amisimus, mi Pomponi, omnem non modo succum, ac sanguinem, sed etiam colorem, et speciem pristinam civitatis. Nulla est res publica, quae delectet, in qua acquiescam. Idne igitur, inquies, facile fers? — Id ipsum. Recordor enim, quam bella paulisper, nobis gubernantibus, civitas fuerit; quae mihi gratia relata sit [45]. Nullus dolor me angit, unum [46] omnia posse; dirumpuntur ii, qui me aliquid posse doluerunt; multa mihi dant solatia; nec tamen ego de meo statu demigro; quaeque maxime vita est [47] ad naturam, ad eam me refero, ad literas, et studia nostra; dicendi laborem delectatione oratoria consolor; domus me, et rura nostra delectant. Non recordor, unde ceciderim, sed unde surrexerim. Fratrem mecum et te si habebo, per me ista pedibus trahantur. Vobis ἐμφιλοσοφῆσαι possum. Locus ille animi nostri, stomachus ubi habitabat olim, concalluit. Privata modo, et domestica nos delectant. Miram securitatem videbis; cuius plurimae mehercule partes sunt in tuo reditu. Nemo enim in terris est mihi tam consentientibus sensibus. Sed accipe alia. Res fluit ad interregnum; et est nonnullus odor dictaturae [48]; sermo quidem multus; qui etiam Gabinium apud timidos [49] iudices adiuvit. Candidati consulares omnes rei ambitus. Accedit etiam Gabinius: quem P. Sulla, non dubitans

cose? — Con tutta pace, in fede mia; e in questa son di me contentissimo. Abbiam perduto, il mio Pomponio, non pure tutto il sugo ed il sangue, ma per fino il colore e le prime fattezze della città. Non v'è più Repubblica che mi diletti, e dove io possa adagiarmi. E tu (mi dirai) ti passi leggermente di tutto ciò? — Per appunto. Conciossiachè mi riduco a mente quanto bella, nel breve tempo del mio governo, fosse questa cittadinanza; del merito che me ne fu renduto, non porto io punto dolore: ora scoppian di rabbia che l'intera Repubblica sia in potere di un solo, coloro a' quali doleva che io potessi qual cosa. Essi mi fanno di molte lusinghe; ma io non mi muovo dello stato che ho preso: anzi mi riconduco alla maniera di vivere che è tutta, secondo mia natura, alle lettere ed a' nostri studi; e col piacere dell'eloquenza ristoro la fatica de' fianchi parlaudo. Non ho altro piacere, che di casa mia e de' miei poderi. Non mi ricordo più donde io sia caduto, ma donde levatomi. Abbia pur meco il fratello e te, e rovini il mondo a sua posta: or posso con esso voi filosofare. Quella parte dell'animo mio, dove già stava a casa la collera, ha fatto callo. Le cose private e della famiglia senza più mi danno diletto. Tu hai a vedere in me maraviglia di uomo senza pensieri: di che una grandissima parte, tel prometto, dimora nel tuo ritorno, non avendo io in tutto il mondo persona che la senta così d'accordo col mio sentire. Ma odi il resto. Le cose piegano all'interregno; e c'è anche qualche sentore di dittatura: anzi se ne fa un bucinar forte; e questo anche disse bene a Gabinio [27], per la dappocaggine de' giudici. Tutti i candidati consolari sono accusati di broglio, senza eccettuar Gabinio; al quale L. Silla, non dubi-

quin foris esset [50], postularat, contra dicente [51] et nihil obtinente Torquato. Sed omnes absolventur; nec posthac quisquam damnabitur, nisi qui hominem occiderit. Hoc tamen [52] agitur severius. Itaque iudicia [53] calent. M. Fulvius Nobilior condemnatus est. Multi alii urbani [54] ne respondent quidem. Quid aliud novi? Et tamen [55]. Absoluto Gabinio, stomachantes alii iudices, hora post, Antiochum Gabinium, nescio quem e Sopolidis pictoribus, libertum accensum [56] Gabinii, lege Papia [57] condemnarunt. Itaque dixit statim reus P. lege maiestatis: *οὐ σ' οἶδ' Ἄρης ἅμα Παφίῃ?* [58] Pomptinius vult a. d. IIII Non. Novemb. triumphare [59]. Huic obviam Cato, et Servilius praetores aperte, et Q. Mucius [60] tribunus. Negant enim latum de imperio [61]: et est latum hercule insulse [62]. Sed erit cum Pomptinio Appius consul. Cato tamen affirmat, se vivo illum non triumphaturum [63]. Id ego puto, ut multa eiusdem, ad nihil recasurum. Appius sine lege, suo sumptu [64], in Ciliciam cogitat].

7 Paccianae epistolae respondi: cognosce cetera. Ex fratris literis incredibilia quaedam de Caesaris in me amore cognovi: eaque sunt ipsius Caesaris uberrimis literis confirmata. Britannici belli exitus exspectatur. Constat enim aditus insulae esse munitos mirificis molibus. Etiam illud iam cognitum est, neque argenti [65] scripulum esse

tando che e' fosse fuori [28], aveva posta l'accusa, parlandogli contra Torquato [29], il quale non ne fece nulla. Ma saran tutti assoluti, e quinci innanzi non sarà condannato se non qualche assassino. Tuttavia in ciò si procede con sommo rigore: sono in gran bollore le inquisizioni. Fu condannato M. Fulvio Nobiliore. Molti altri buffoni [30] non rispondono anche. Or che altro è di nuovo? e' v'è però: assoluto Gabinio; gli altri giudici indegnati, un'ora dopo, condannarono per la legge Papia [31] un certo non so chi Gabinio de' pittori di Sopolide, liberto e sergente di Gabinio. Disse dunque cotesto reo per legge Papia di lesa maestà [32]: *Ignoro io forse, o Marte, che avesti a fare con Venere Pafia.* Pontinio [33] vuol trionfare a' 2 di novembre; contraddicendogli apertamente Catone e Servilio pretori, e il tribun Q. Mucio [34], affermando non essere stata fatta legge di comando militare, la qual veramente fu fatta assai scioccamente [35]. Ma Appio sarà console con Pontinio. Tuttavia Catone protesta che, vivo sè, egli non avrà il trionfo [36]; la qual cosa io giudico, come tante altre delle sue [37], dover tornarsene a nulla. Appio pensa di condursi, senza legge [38], a spese proprie in Cilicia].

7 Ho risposto alla lettera di Paccio: ora al resto. Le lettere del fratello mi dicono cose da non credere dell'amore di Cesare verso di me; le quali mi sono eziandio ribadite dalle lettere ridondanti di esso Cesare. Si sta aspettando a che riesca la guerra Britannica, sapendosi di certo il passo dell'Isola esser guardato da fortificazioni maravigliose. E questo anche si sa, non essere in quell'Isola un granellin d'oro

ullum in illa insula, neque ullam spem praedae, nisi ex mancipiis: ex quibus nullos puto te literis, aut musicis eruditos exspectare.

8 Paullus [66] in medio foro basilicam iam paene texuit iisdem antiquis columnis: illam autem, quam locavit, facit magnificentissimam. Quid quaeris? nihil gratius illo monumento, nihil gloriosius. Itaque Caesaris amici (me dico et Oppium: dirumparis licet) in monumentum illud, quod tu tollere laudibus solebas, ut forum laxaremus, et usque ad atrium Libertatis explicaremus, contempsimus [67] sexcenties H-S. Cum privatis [68] non poterat transigi minore pecunia. Efficiemus rem gloriosissimam. Nam in Campo Martio septa tributis comitiis marmorea sumus et tecta facturi; eaque cingemus excelsa porticu; ut mille passuum conficiatur. Simul adiungetur huic operi villa etiam publica. Dices, quid mihi hoc monumentum proderit?—Quid? celabo te res Romanas? non enim te puto de lustro, quod iam desperatum est, aut de iudiciis, quae lege Coctia [69] fiant, quaerere.

9 [Nunc te obiurgari [70] patere, si iure. Scribis enim in epistola, quam C. Decimius mihi reddidit, Buthroto datam, in Asiam tibi eundum esse te arbitrari. Mihi mehercule nihil videbatur esse, in quo tantulum interesset, utrum per procuratores ageres, an per te ipsum, ut abires toties, et tam longe abesses [71]. Sed haec mallem, integra

od argento [39], nè speranza di preda, se non di servi; de' quali non credo che tu ten' aspetti nessuno perito in lettere, o in musica [40].

8 Paolo [41] condusse per poco a termine la basilica [42] in mezzo al Foro con le medesime antiche colonne. L'altra poi che diede a fare, la fa con tutta magnificenza. Che ne vuoi tu? non ha il mondo cosa più gradita e gloriosa di quel monumento. Adunque noi amici di Cesare (dico io ed Oppio: muor' pure d'invidia) in quel monumento che tu levavi sopra le stelle, per allargar il Foro e distenderlo sino all'atrio della Libertà, abbiam logorati sessanta milioni di sesterzi [43]. Da' privati non si potè avere più grasso mercato. Faremo un'opera di gloria immortale: conciossiachè nel Campo Marzio vogliam fare i cancelli pe' comizii tributi di marmo e coperti [44]; e li chiuderemo attorno di alto portico di mille passi. Si aggiugnerà a questo edifizio eziandio una villa pubblica [45]. Ma dirai: Che farà a me questo monumento? — Che? or ti terrò io celate le cose di Roma? da che io non credo che tu voglia sapere della espiazione che è già disperata [46], o de' giudizii da fare secondo la legge Cozzia [47].

9 [Ora se tu meriti un mio rimprovero, portalo in pace: da che tu mi scrivi nella lettera, che mi diede C. Decimio con data di Butroto, che tu pensi di dover passare in Asia. In buona verità io non sapea vedere minuzzolo di differenza dall'operare per mezzo di procuratori, e fare per te medesimo: tanto frequenti sono queste tue andate, e così fuor del mondo. Ma io avrei

re, tecum egisse. Profecto enim aliquid egissem. Nunc reprimam susceptam obiurgationem. Vtinam valeat ad celeritatem reditus tui! Ego ad te propterea minus saepe scribo, quod certum non habeo, ubi sis, aut ubi futurus sis. Huic tamen nescio cui, quod videbatur is te visurus esse, putavi dandas esse literas. Tu, quoniam iturum te in Asiam esse putas, ad quae tempora te exspectemus, facias me certiorem velim, et de Eutychide quid egeris].

CL. (Ad Div. VII, 17)

Argumentum. Vrbis desiderium quod deposuerit, gratulatur, et ut Caesaris erga se amicitiam confirmet, monet, quam fructuosam fore pollicetur.

Scr. Romae A. V. C. DCXCIX, mense Octobr.

CICERO TREBATIO S. D.

Ex tuis literis et Quinto fratri gratias egi [1], et te aliquando collaudare possum, quod iam videris certa aliqua in sententia constitisse [2]. Nam primorum mensium literis tuis [3] vehementer commovebar, quod mihi interdum (pace tua dixerim) levis in urbis urbanitatisque desiderio, interdum piger, interdum timidus in labore militari, saepe autem etiam, quod a te alienissimum est [4], subimpudens videbare. Tamquam enim syngrapham ad imperatorem, non epistolam attulisses,

voluto potertene parlare tra te e me, quando era ancor tempo: chè certo qual cosa mi venía fatto. Ora è meglio affogar il rimprovero sul principio: così mi valga a farti tornare più presto! Io non ti scrivo così spesso, perchè nè so dove tu sii, nè dove tu sii per essere. Tuttavia a questo non so chi, perchè feci ragione che ti avesse a vedere, ho creduto di dar questa. Or posciachè tu fai disegno di aver a passare in Asia, fammi sapere in qual tempo ti abbiamo aspettare, e quello tu abbi fatto nella bisogna di Eutichide].

CL. (A Div. VII, 17)

Argomento. Si congratula che abbia messa giù la smania di tornar a Roma; il conforta di rassodar più la amicizia di Cesare verso di lui, promettendogliene largo frutto.

Scritta a Roma l'anno DCXCIX, nel mese di Ottobre.

CICERONE A TREBAZIO S.

Secondo quello che tu mi scrivi, ed ho ringraziato il fratel Quinto [1], ed ho finalmente da lodarmi di te; chè già mi sembri avere fermato il chiodo: conciossiachè le tue lettere de' primi mesi mi sconciarono forte, mostrandomiti (dattene pace) talorà una cotal ventaruola in quelle tue smanie della città e cittadinità, talora una testuggine, talora spaventato dalle fatiche della milizia, e spesso altresì (cosa lontanissima dalla tua indole) un cotale sfrontatello. Conciossiachè quasi come se non una mia lettera avessi tu presen-

sic pecunia ablata domum redire properabas: nec tibi in mentem veniebat, eos ipsos, qui cum syngraphis venissent Alexandriam [5], numum adhuc nullum auferre potuisse. Ego, si mei commodi rationem ducerem, te mecum esse maxime vellem. Non enim mediocri afficiebar [6] vel voluptate ex consuetudine nostra, vel utilitate ex consilio atque opera tua. Sed quum te ex adolescentia tua [7] in amicitiam et fidem meam contulisses, semper te non modo tuendum mihi, sed etiam augendum atque ornandum putavi. Itaque quoad opinatus sum, me in provinciam exiturum [8], quae ad te ultro attulerim [9], meminisse te credo. Posteaquam mea mutata ratio est, quum viderem, me a Caesare honorificentissime tractari, et unice diligi, hominisque liberalitatem incredibilem et singularem fidem nossem: sic ei te commendavi et tradidi, ut gravissime diligentissimeque potui. Quod ille ita accepit [10]; et mihi saepe literis significavit, et tibi et verbis et re ostendit, mea commendatione sese valde esse commotum. Hunc tu virum nactus, si me aut sapere aliquid, aut velle tua causa putas, ne dimiseris: et, si qua [11] te forte res aliquando offenderit, quum ille aut occupatione, aut difficultate tardior tibi erit visus, perferto, et ultima exspectato; quae ego tibi et iucunda et honesta praestabo. Pluribus te hortari non debeo. Tantum moneo, neque amicitiae

tata all'Imperadore, ma carta di credito; così tu, avutone il saldo, ti davi fretta di tornartene a casa; e non ti venne mai in mente che que' medesimi i quali con loro cedole [2] vennero ad Alessandria, non ne poterono anche portare un danaio. Io, se volessi procacciare per me [3], nessuno vorrei meco aver meglio di te. Conciossiachè non era picciolo o il diletto che io n'avea dall'usar teco, nè l'utilità de' consigli e dell'opera tua; ma posciachè tu fin dall'adolescenza ti eri messo in mano dell'amicizia e tutela mia, ho fatto sempre ragione di dover non pure favorire, ma e crescere e amplificare lo stato tuo. Per la qual cosa, finchè io ho creduto di dover condurmi in provincia [4], ben ti dei ricordare (credo io) il ben che spontaneamente t'ho fatto. Ma poi che io ho fatte altre ragioni, sentendomi bene voluto quanto esser possa, e trattato col maggior onore del mondo da Cesare [5], e conoscendo la incredibile liberalità e singolar fede di lui, io t'ho a lui raccomandato, e messo in mano con quanto di istanza e diligenza potessi mai. Ed egli all'accoglienza che ti fece, alle lettere che spesso mi scrisse, ed alle prove che in parole ed in fatto me diede a te, mostrò che la mia raccomandazione gli era molto valuta. Avendo adunque tu siffatto uomo alla mano, se tu credi che io vegga nulla, e nulla ti voglia di bene, non tel lasciar fuggire; e, caso che ti avvenisse mai qualche sinistro (o perchè egli, per le sue occupazioni, o per la malagevolezza dell'opera, ti paresse più lento, che non vorresti) portalo in pazienza, ed aspetta fino ad avere l'intento; e statti sopra di me [6]: n'uscirai con diletto ed onore. Io non ti ho esortare con più parole. Solamente ti ammoni-

confirmandae clarissimi ac liberalissimi viri, neque uberioris provinciae, neque aetatis magis idoneum tempus, si hoc amiseris [12], te esse ullum umquam reperturum. Hoc, quemadmodum vos scribere soletis in vestris libris, idem Q. Cornelio videbatur. In Britanniam te profectum non esse gaudeo, quod et labore caruisti, et ego te de rebus illis non audiam. Vbi sis hibernaturus, et qua spe, aut conditione, perscribas ad me velim.

CLI. (Ad Q. frat. III, 2)

Argumentum. 1 Gabinium in senatu vexatum a Memmio ad populum graviter accusatum, eiusque iudicium proxime futurum narrat. 2 Deinde qui ambitus rei sint, item de comitiis consularibus, de Appii in Ciliciam in successione refert.

Scr. Romae A. V. C. DCXCIX, V Id. Octobr.

MARCVS Q. FRATRI S.

1 A. d. VI Id. Octob. Salvius Ostiam vesperi navi profectus erat cum iis rebus, quas tibi domo mitti volueras. Eodem die Gabinium ad populum luculente calefecerat [1] Memmius, sic, ut Calidio verbum facere pro eo non licuerit. Postridie autem eius diei, qui erat tum futurus, quum haec scribebam ante lucem, apud Catonem [2] erat divinatio in Gabinium futura inter Memmium, et

sco che altro tempo più acconcio alla tua età, nè meglio fatto a ben rassodare l'amicizia di un uomo chiarissimo e liberalissimo, nè destro, nè provincia 7 più ricca potresti mai più trovare di questo, se egli ti scappa di mano. E così eziandio ne giudica (secondo che voi siete soliti scrivere ne' vostri libri 8) Quinto Cornelio. Mi rallegro forte che tu non sii passato in Inghilterra: sì perchè ti è scemato travaglio, e sì perchè tu non m'avrai a contare di quelle prodezze. Scrivimi là dove tu sii per passare l'inverno, e in quale stato, con quali speranze.

CLI.

(A Q. frat. III, 2)

Argomento. 1 Egli conta di Gabinio tempestato in Senato delle fiere accuse dategli da Memmio davanti al popolo, e del giudizio che si aspettava di lui; 2 appresso, quali siano gli accusati di broglio; e così de' comizii consolari, del succedere ad Appio nella Cilicia.

Scritta a Roma l'anno DCXCIX, l' 11 d' Ottobre.

MARCO A QUINTO FRATELLO S.

1 A' 10 d'ottobre Salvio partì di sera verso Ostia per mare con quelle cose che tu volevi di casa tua. Il dì medesimo Memmio avea sugli occhi del popolo menata superbamente la tregghia in Gabinio: cotalchè a Calidio non restò pur da fiatare per lui. Il dì appresso (che allora era a venire, scrivendo io, prima dello schiarir, queste cose) era posto al dibattimento 1, in casa di Catone, contro Gabinio, tra Memmio e Ti. Ne-

Ti. Neronem, et C. et L. Antonios, M. F. Putabamus fore, ut Memmio daretur, etsi erat Neronis mira contentio. Quid quaeris? probe premitur, nisi noster Pompeius, diis, hominibusque invitis, negotium everterit [3]. Cognosce nunc hominis audaciam, et aliquid in re publica perdita delectare. Quum Gabinius, quacumque veniebat, triumphum se postulare dixisset, subitoque bonus imperator [4] noctu in urbem, hostium plane, invasisset, in senatum se non committebat. Interim ipso decimo die, quo ipsum oportebat hostium numerum et militum renuntiare [5], in re haesit [6], summa infrequentia. Quum vellet exire, a consulibus retentus est: introducti publicani [7]. Homo undique actus, quum a me maxime vulneraretur, non tulit, et me trementi voce exsulem appellavit. Hic (o dii! nihil umquam honorificentius nobis accidit) consurrexit senatus cum clamore ad unum, sic, ut ad corpus eius accederet; pari clamore atque impetu publicani. Quid quaeris? omnes, tamquam si tu esses [8], ita fuerunt. Nihil hominum sermone foris [9] clarius. Ego tamen teneo [10] ab accusando vix mehercule; sed tamen teneo, vel quod nolo cum Pompeio pugnare (satis est quod instat de Milone [11]), vel quod iudices nullos habemus. Ἀπότευγμα formido. Addo etiam malivolentiam hominum; et timeo, ne illi, me accusante, aliquid accidat; nec de-

rone e gli Antonii C. e L. figliuoli di Marco. Si credea che l'accusa cadesse in Memmio, quantunque Nerone facesse il diavolo. Che cerchi tu? Si lavora di forza: se già Pompeo, in dispetto degli Dei e degli uomini, non guasta. Intendi oggimai temerità di uomo, e rallégrati in tanto sfasciamento di Repubblica. Quantunque Gabinio, dove che venisse, avesse detto di domandare il trionfo, e come prode imperatore avesse di notte, per la non pensata, occupato la città (ed era in fatti città de' nemici); nondimeno non osava metter piè in Senato. Adunque il dì appunto de' 10, quando egli dovea rassegnare il numero de' nemici e de' soldati, si strisciò in Senato quasi vôto. Volendo uscire, fu da' consoli ritenuto, e fatti entrare i publicani. Il cattivello essendo fra l'uscio e 'l muro, e da me tempestato di maladetta ragione, non se 'l comportò, e con voce tremante mi chiamò esule [2]. In questo termine, (o santi Numi! non m'avvenne in mia vita cosa di più onor mio) il Senato, dal primo all' ultimo si levò su gridando, come per gittarsegli addosso, con le grida e foga medesime i publicani. Che vuoi tu altro? tutti fecero quel medesimo che avresti fatto tu. Di fuori la gente sciolse la bocca al sacco. Io peno veramente a contenermi dall'accusarlo: tuttavia mi raffreno; perchè non voglio con Pompeo venire alle mani (n'avrò assai di quello che aspetto per cagion di Milone), o piuttosto perchè abbiam becconi di giudici. L'esito mi fa temere. Aggiugni eziandio la malvoglienza degli uomini; e temo, non forse, per accusarlo io, gli venga fatto qualcosa; e non dispero che l' affare, così non

spero, rem, et sine me, et nonnihil per me, confici posse.

2 De ambitu postulati sunt omnes, qui consulatum petunt: a Memmio, Domitius; a Q. Curtio, bono et erudito adolescente, Memmius; a Q. Pompeio [12], Messala; a Triario, Scaurus. Magno res in motu est: propterea quod aut hominum, aut legum interitus ostenditur. Opera datur, ut iudicia ne fiant. Res videtur spectare ad interregnum. Consules comitia habere cupiunt: rei nolunt, et maxime Memmius, quod Caesaris adventu [13] sperat se futurum consulem. Sed mirum in modum iacet. Domitius cum Messala certus [14] esse videbatur. Scaurus refrixerat. Appius sine lege curiata confirmat se Lentulo nostro successurum; qui quidem mirificus illo die (quod paene praeterii) fuit in Gabinium: accusavit maiestatis; nomina data [15], quum ille verbum nullum. Habes forensia. Domi recte; et ipsa domus [16] a redemtoribus tractatur non indiligenter.

CLII. (Ad Q. frat. III, 3)

Argumentum. 1 Scribit de occupationibus suis et rebus domesticis; 2 de comitiorum dilationibus; 3 de Gabinio ambitus reo; 4 de Q. Ciceronis filii studiis.

ponendovi io, come ponendovi qualche poco la mano, debba poter riuscire.

2 Tutti che dimandano il consolato hanno querela di broglio: Domizio da Memmio; Memmio da Q. Curzio dabben giovane e colto; Messala da Q. Pompeo; Scauro da Triario. La cosa levò gran bollore: da che è chiaro che o gli uomini, o le leggi n' andranno in fasci. Si fa il possibile che non avvenga giudizio; e pare le cose esser vôlte all'interregno. I consoli vorrebbono i comizii, gli accusati no, e massimamente Memmio, il quale sopra il venir di Cesare [3] si tiene in mano il consolato: ma è diserto più che si possa dire. Domizio e Messala mostrano belli e fatti. Scauro è sfidato. Appio, senza legge Curiata [4], promette di dover succedere al nostro Lentulo; il quale (mi era quasi scordato) in quel dì fece maraviglie contro Gabinio: l'accusò di maestà, allegando i testimoni; ed egli, zitto. Hai udito le cose del Foro. La famiglia, benissimo; e la casa è [5] dagli appaltatori condotta in modo da contentarcene.

CLII. (A Q. frat. III, 3)

Argomento. 1 Scrive delle sue occupazioni e de' fatti di casa; 2 del prolungare i comizii; 3 di Gabinio accusato di broglio; 4 degli studi del figliuolo di Quinto Cicerone.

Scr. Romae A. V. C. DCXCIX, circa Id. Octobr.

MARCVS Q. FRATRI S.

1 Occupationum mearum tibi signum sit librarii manus. Diem scito esse nullum, quo die non dicam pro reo. Ita, quidquid conficio, aut cogito, in ambulationis fere tempus confero. Negotia nostra sic se habent; domestica vero, ut volumus. Valent pueri [1], studiose discunt, diligenter docentur, et nos, et inter se amant. Expolitiones [2] utriusque nostrum sunt in manibus [3]; sed tua paene ad perfectum, iam res rustica Arcani et Laterii. Praeterea [4] de aqua et via nihil praetermisi quadam epistola [5], quin enucleate ad te perscriberem. Sed me illa cura solicitat, angitque vehementer, quod dierum iam amplius L intervallo nihil a te, nihil a Caesare, nihil ex istis locis [6], non modo literarum, sed ne rumoris quidem affluxit. Me autem iam et mare istuc [7], et terra solicitat; neque desino (ut fit in amore) ea, quae minime volo, cogitare. Quare non equidem iam te rogo, ut ad me de te, de rebus istis scribas (numquam enim, quum potes, praetermittis); sed hoc te scire volo, nihil fere umquam me sic exspectasse, ut, quum haec scribebam, literas tuas.

2 Nunc cognosce ea, quae sunt in re publica.

Scritta a Roma l'anno DCXCIX, circa il 15 d'Ottobre.

MARCO A QUINTO FRATELLO S.

1 La mano dell'amanuense ti dice le mie occupazioni. Sappi, non passa giorno che io non parli in difesa di chicchessia: e così ogni cosa che io penso o che fo, il più la riservo al passeggio. Queste sono le mie faccende; quelle di casa, a maraviglia. I fanciulli son sani, vanno a scuola di voglia, ed hanno maestro diligente; e così a me, come insieme si vogliono bene. Alle case d'ambedue noi si sta dando l'ultima mano; ma ogni cosa che bisognava nel tuo Arcano e Laterio è già bella e fornita. Ed anche, quanto all'acqua ed alla strada, t'ho scritto tritamente ogni cosa in certa mia lettera, senza nulla lasciare addietro. Ma un pensiero mi fruga e tormenta forte, che oggimai sono cinquanta giorni che nè da te, nè da Cesare, nè da coteste parti nulla è arrivato non pur di lettere, ma nè di parlar che si faccia. Or io non pure sono in pena di cotesto mare, ma e della terra; e non rifino mai d'immaginare (come avvien nell'amore) cose sinistre. Il perchè non ti prego già che tu mi dia conto di te e degli affari di costì, da che potendo non mi falli mai; ma vo' che tu sappia che io non ho mai aspettato con tale ardore tue lettere, come or che ti scrivo.

2 Abbiti ora le cose della Repubblica. L'effetto de'

Comitiorum quotidie singuli dies tolluntur obnuntiationibus [8], magna voluntate bonorum omnium: tanta invidia sunt consules propter suspicionem pactorum a candidatis praemiorum [9]. Candidati consulares quatuor, omnes rei; causae sunt difficiles; sed enitemur, ut Messala noster salvus sit; quod est etiam cum reliquorum [10] salute coniunctum.

3 Gabinium de ambitu reum fecit P. Sulla [11], subscribente privigno Memmio, fratre Caecilio [12] Sullae filio. Contra dixit L. Torquatus, omnibusque libentibus non obtinuit. Quaeris, quid fiat de Gabinio? [13] Sciemus de maiestate [14] triduo: quo quidem in iudicio odio premitur omnium generum; maxime [15] testibus caeditur; accusatoribus frigidissimis utitur; consilium, varium [16], quaesitor gravis et firmus, Alfius; Pompeius vehemens in iudicibus rogandis [17]. Quid futurum sit, nescio; locum tamen illi in civitate non video [18]. Animum praebeo ad illius perniciem, moderatum; ad rerum eventum, lenissimum. Habes fere de omnibus rebus.

4 Vnum illud addam. Cicero tuus, nosterque summo studio est Paeonii sui rhetoris, hominis, opinor, valde exercitati et boni. Sed nostrum instituendi genus esse paullo eruditius, et θετικώτερον, non ignoras. Quare neque ego impediri Ciceronis iter, atque illam disciplinam volo; et ipse

comizii è guasto sempre, dì per dì, per via di augurii, con gran piacere di tutti i buoni: tanto è l'odio che si ha a' consoli, pel sospetto de' premii pattuiti fra' candidati. I candidati consolari sono quattro, tutti sotto processo. Le cause sono difficili; ma faremo opera di salvar il nostro Messala; e ciò è congiunto eziandio colla salute degli altri.

3 P. Silla accusò di broglio Gabinio, sottoscrivendo il figliastro Memmio, il fratello Cecilio e Silla il figliuolo. L. Torquato parlò incontro, e con piacere di tutti non ne fece nulla. Vuoi tu sapere che debba essere di Gabinio? Quanto al punto di maestà, lo sapremo infra tre dì: nel qual proposito egli è schiacciato dall'odio di ogni genere di persone; i testimonii sono il rasoio più affilato; accusatori ha di stucco; il consiglio ondeggia; Alfio è capo giudice grave e ben fermo; Pompeo è tutto fuoco nel sollecitare i giudici. Non so indovinare che sarà; ma luogo nella città per lui non veggo nessuno. Io sono alla sua ruina d'animo moderato; ad ogni cosa che sia per essere, tranquillissimo. Ecco forse tutte le novità.

4 Solo una cosa aggiungo. Il tuo e mio Cicerone è tutto Peonio, il maestro suo, uomo, mi pare, assai pratico e valente. Ma il nostro modo di instituzione è un po' più erudito e *sottile:* tu il sai. Ma nè io intendo tagliargli la strada, nè quel metodo; ed anche esso fanciullo mostra dilettarsi meglio e più amare quel

puer magis illo declamatorio genere duci et delectari videtur. In quo quoniam ipsi quoque fuimus, patiamur illum ire nostris itineribus; eodem enim perventurum esse confidimus. Sed tamen, si nobiscum eum rus aliquo eduxerimus, in hanc nostram rationem consuetudinemque inducemus. Magna enim nobis a te proposita merces est, quam certe nostra culpa numquam minus assequemur. Quibus in locis, et qua spe hiematurus sis, ad me quam diligentissime scribas velim. Vale.

CLIII. (Ad Q. frat. III, 4)

Argumentum. 1 De Gabinio propter accusatoris et subscriptorum infantiam, iudicii sordes, et Pompeii contentionem absoluto, scribit, et quare eum nec defenderit, nec accusarit, sed tantum testimonium contra eum dixerit, ostendit; 2 de versibus quos Q. Cicero a Marco scribi voluerat; 3 de bibliotheca Quinti curanda; 4 de aliis quibusdam domesticis.

Scr. Romae A. V. C. DCXCIX, IX Kal. Nov.

MARCVS Q. FRATRI S.

1 Gabinius absolutus est [1]. Omnino nihil accusatore Lentulo, subscriptoribusque eius infantius; nihil illo consilio sordidius. Sed tamen, nisi incredibilis contentio, et preces Pompeii, dictaturae etiam rumor, plenus timoris, fuisset, ipsi Lentulo non respondisset, qui tum illo accusatore, illoque

genere declamatorio; il che avendo fatto anche noi, è da lasciarlo andare col nostro passo: chè già, mi confido, egli mi riuscirà al medesimo termine. Tuttavia, se mai potremo con noi condurlo in villa dove che sia, gli faremo pigliare queste maniere ed usanze nostre. E certo grande è la mancia che tu m'hai profferta, la quale per nostra colpa noi non ci lasceremo fuggir di mano. Scrivimi con la maggior accuratezza, in quali parti tu sii, e con quale speranza vogli passare questo inverno. A Dio.

CLIII. (A Q. frat. III, 4)

Argomento. 1 Scrive della assoluzion di Gabinio, avvenuta per la fanciullaggine dell'accusatore e de' sottoscrittori; le ribalderie del giudizio, e lo sforzo di Pompeo; ed il perchè egli nè l'abbia voluto accusar, nè difendere, ma solamente deporre contro di lui; 2 in oltre de' versi che Quinto Cicerone voleva recar Marco a scrivere; 3 del metter a ordine la biblioteca di Quinto; 4 e di altre zacchere di famiglia.

Scritta a Roma l'anno DCXCIX, a' 24 d'Ottobre.

MARCO A QUINTO FRATELLO S.

1 Gabinio è stato assoluto. Al tutto non fu uomo senza lingua più del suo accusatore Lentulo e de' suoi sottoscritti [1]. Niente più misero di quel consiglio. E tuttavia, se non era lo sforzo incredibile e le preghiere di Pompeo, ed anche un sospetto di dittatura pien di timore, non avrebbe potuto rispondere ad esso Lentulo, quando con tutto quell'accusatore e con quel

consilio sententiis condemnatus sit XXXII, quum LXX tulissent [2]. Est omnino tam gravi fama hoc iudicium, ut videatur reliquis iudiciis [3] periturus, et maxime de pecuniis repetundis. Sed vides nullam esse rem publicam, nullum senatum, nulla iudicia, nullam in nullo nostrum dignitatem. Quid plura de iudicibus? duo pretorii sederunt, Domitius Calvinus; is aperte absolvit, ut omnes viderent: et Cato [4]; is, diremtis [5] tabellis, de circulo se subduxit, et Pompeio primus nuntiavit. Aiunt nonnulli, Sallustius item [6], me oportuisse accusare. Iis ego iudicibus committerem? Quid essem, si, me agente, esset elapsus? Sed me alia moverunt. Non putasset sibi Pompeius de illius salute, sed de sua dignitate mecum esse certamen; in urbem intrasset [7]; ad inimicitias res venisset; cum Aesernino Samnite Pacidianus [8] comparatus viderer; auriculam fortasse mordicus abstulisset. Cum Clodio quidem certe rediisset in gratiam. Ego vero meum consilium (si praesertim tu non improbas) vehementer approbo. Ille, quum a me singularibus meis studiis ornatus esset, quumque ego illi nihil deberem [9], ille mihi omnia; tamen in re publica me a se dissentientem non tulit (nihil dicam gravius), et minus potens eo tempore, quid in me florentem posset, ostendit. Nunc, quum ego ne curem quidem multum posse, res quidem publica certe nihil possit, unus ille om-

consiglio ebbe trentadue voti contro di settanta che ballottavano. Al tutto questa sentenza è tanto vituperata, che negli altri punti d'accusa si crede doverne andare con la peggiore, e massime circa il maltolto. Ma tu vedi che noi non abbiam più Repubblica, non Senato, non giudizi, ed ogni dignità andata ne' nostri pari. De' giudici che vuoi più? siedevano due pretori, Domizio Calvino (questi apertamente l'ebbe assoluto, cotalchè tutti lo videro) e Catone. Questi, annoverati i voti, si sottrasse al consesso, e fu il primo a portare la novella a Pompeo [2]. Alcuni dicono, ed anche Sallustio, che io doveva essere accusatore. Io fidarmi a siffatti giudici? Or dove sare' io se, con tutto il mio fare, colui l'avesse campata? Ma più sotto sta monna Luna. Avrebbe creduto Pompeo, non per conto della salute di colui, ma del proprio onor suo, dover meco aver briga; sarebbe entrato in città, venuto all'inimicizie; io sarei paruto un Pacidiano alle mani con Esernino Sannite [3]; forse m'avria co' denti schiantata l'orecchia, o certo tornato in grazia con Clodio. Quanto a me, io forte mi lodo (massime se tu non lo condanni) del mio consiglio. Quel Sere, essendo da me favorito con singolari dimostrazioni d'amore, in tempo che io niente doveva a lui, ed egli a me tutto, pure non comportò (per non usar parole più gravi) che io negli affari pubblici dissentissi da lui; ed avendo egli allora men di potenza, mi mostrò quello che contr' a me in fiore poteva fare. Or vorrò io al presente, che non mi curo di poter molto (e certo la Repubblica non può niente, ed egli solo ogni cosa), venire con

nia possit, cum illo ipso contenderem? sic enim faciendum fuisset. Non existimo te putare, id mihi suscipiendum fuisse. Alterutrum [10], inquit idem Sallustius, defendisses; idque Pompeio contendenti dedisses. Etenim vehementer orabat. Lepidum amicum Sallustium, qui mihi aut inimicitias putet periculosas subeundas fuisse, aut infamiam sempiternam! Ego vero hac mediocritate delector; ac mihi illud iucundum est, quod, quum testimonium secundum fidem et religionem gravissime dixissem, reus dixit, si in civitate [11] licuisset sibi esse, mihi se satisfacturum [12], neque me quicquam interrogavit [13].

2 De versibus [14], quos tibi a me scribi vis, deest mihi quidem opera, quae non modo tempus, sed etiam animum vacuum ab omni cura desiderat: sed abest etiam ἐνθουσιασμός. Non enim sumus omnino sine cura [15] venientis anni: etsi sumus sine timore. Simul et illud (sine ulla mehercule ironia loquor), tibi istius generis in scribendo priores partes tribuo, quam mihi.

3 De bibliotheca tua graeca supplenda, libris commutandis, Latinis comparandis; valde velim ista confici, praesertim quum ad meum quoque usum spectent [16]. Sed ego, mihi ipsi ista per quem agam, non habeo. Neque enim venalia sunt, quae quidem placeant, et confici [17] nisi per hominem et peritum et diligentem non possunt.

lui stesso alle mani? Ciò dico perchè a questo mi sarebbe convenuto venire. Non credo che tu pensi che io dovessi entrare in sì fatto partito. Ma tu (dice esso Sallustio) avresti poi difeso o l'uno o l'altro; e ciò in grazia di Pompeo, che veramente con calde preghiere instava che lo facessi. Gran mercè a te, bel frate Sallustio, che mi confortavi a tirarmi addosso pericolose inimicizie, o un immortal vitupéro. Quanto a me, io mi godo questa mia mediocrità; ed ho anche un'altra cosa che mi consola, che avendo io con gravissime parole dato una testimonianza secondo religione e fede, il reo disse che se gli fosse conceduto restar in patria, egli me n'avrebbe mostrato il suo gradimento; nè di niente mi dimandò.

2 Quanto a' versi che tu mi domandi 4, non è lavoro da me: esso non pure vuol tempo, ma ed animo libero da ogni sollecitudine; se non che, mi manca eziandio l'estro: conciossiachè non sono affatto senza pensiero, avvegnachè senza timore, dell'anno che viene. Ma vo' anche dirti (e, sopra la fede mia, non parlo ironicamente), in questo genere di scrittura io ti cedo la prima mano.

3 Quanto al compiere la tua biblioteca greca, al barattar de' libri, al provveder de' latini, veramente amerei veder la cosa fornita, massimamente che e' debbono servire anche a me; ma ed io non ho persona che mi serva in questa bisogna, perchè i libri non sono venderecci (dico di que' che mi piacciono), e

Chrysippo tamen imperabo, et cum Tyrannione loquar.

4 De fisco [18] quid egerit Scipio, quaeram. Quod videbitur rectum esse, curabo. De Ascanione [19], tu vero, quod voles, facies; me nihil interpono. De suburbano quod non properas, laudo; ut tu habeas, hortor. Haec scripsi a. d. VIIII Kal. Novemb. quo die ludi [20] committebantur, in Tusculanum proficiscens, ducensque mecum Ciceronem meum in ludum discendi, non lusionis. Ea re non longius [21], quam vellem, quod Pomptinio [22] ad triumphum a. d. III Non. Novemb. volebam adesse. Etenim erit nescio quid negotioli. Nam Cato et Servilius, praetores, prohibituros se minantur; nec, quid possint, scio. Ille enim et Appium consulem secum habebit, et praetores, et tribunos plebis. Sed minantur tamen, in primisque Ἄρη πνέων Q. Scaevola. Cura, mi suavissime et carissime frater, ut valeas.

CLIV. (Ad Q. frat. III, 5)

Argumentum. 1 De libris de re publica a Sallustii consilio refingendis; 2 de Caesaris erga se amore scribit; 3 ad versus, quos Quintus a se scribi voluerat, sibi tempus et alacritatem deesse; 4 denique Gabinium cur non defenderit; 5 de libris Quinto emendis; 6, 7 de eius negotiis argentariis, et de tragoediis a Quinto scriptis.

l'affare vuol persona pratica e diligente. Tuttavia darò ordine a Crisippo, e ne farò motto a Tirannione.

4 Vedrò che cosa abbia conchiuso Scipione [5] circa l'erario, e darò opera a quello che mi parrà più conveniente. Quanto ad Ascanione, pensa pure di farne il piacer tuo; io non guasterò. Mi piace che tu vada col calzar del piombo nella compera del fondo sotto la città: ben ti conforto che tu facci d'averne. Queste cose ho scritto a' 24 d'ottobre, primo giorno de' giuochi, sul muovermi nel Tusculano, e menar meco il mio Cicerone alla scuola, non de' giuochi, sì dello studio [6]. Non mi dilungo troppo più là, perchè vorrei essere con Pontinio al trionfo, che sarà a' 3 di novembre; conciossiachè io ci avrò una mia cotal faccenduzza: da che Catone e Servilio pretori minacciano di proibirlo, nè so se debba lor venir fatto. Certo Pontinio avrà per sè e 'l console Appio [7], e' pretori e' tribuni della plebe. E tuttavia gli altri minacciano, e sopra tutti Q. Scevola spirante Marte [8]. Fratelmo carissimo e soavissimo, stammi sano.

CLIV.

(A Q. frat. III, 5)

Argomento. 1 Scrive de' suoi libri della Repubblica, i quali, di consiglio di Sallustio, intendea riordinare; 2 dell'amor di Cesare verso di lui; 3 come a scriver que' versi che Quinto gli domandava, non sentiasi in tempera, nè avea tempo; 4 finalmente il perchè non ha voluto difender Gabinio; 5 del comperar a Quinto certi libri; 6, 7 per conto di certo suo argento, e di tragedie scritte da lui.

Scr. in Tusculano A. V. C. DCXCIX, mense Nov. exeunte.

MARCVS Q. FRATRI S.

1 Quod quaeris, quid de illis libris [1] egerim, quos, quum essem in Cumano, scribere institui: non cessavi, neque cesso; sed saepe iam scribendi totum consilium rationemque mutavi. Nam iam duobus factis libris, in quibus, novendialibus iis feriis, quae fuerunt Tuditano et Aquilio consulibus, sermo est a me institutus Africani [2], paullo ante mortem, et Laelii, Phili, Manilii, Q. Tuberonis, et Laelii generorum Fannii et Scaevolae, sermo autem in novem et dies et libros distributus de optimo statu civitatis, et de optimo cive: sane texebatur opus luculenter, hominumque dignitas aliquantum orationi ponderis afferebat. Hi libri quum in Tusculano mihi legerentur, audiente Sallustio: admonitus sum ab illo, multo maiore auctoritate illis de rebus dici posse, si ipse loquerer de re publica, praesertim quum essem non Heraclides Ponticus [3], sed consularis, et is, qui in maximis versatus in re publica rebus essem; quae tam antiquis hominibus attribuerem, ea visum iri ficta esse; oratorium sermonem in illis nostris libris [4], quod esset de ratione dicendi, belle a me removisse [5]; ad eos tamen retulisse, quos ipse vidissem; Aristotelem denique, quae de

Scritta nel Tusculano l'anno DCXCIX, sul finir di Novembre.

MARCO A QUINTO FRATELLO S.

1 Tu vuoi sapere quello che m'abbia fatto di que' libri i quali, essendo nel Cumano, avea cominciati [1]: non sono rimaso mai, nè mi rimango da lavorare; se non che più volte ho mutato divisamento e maniera di scrivere. Imperocchè se avea forniti già i due libri, ne' quali (per la novena di quelle ferie che furono nel consolato di Tuditano e di Aquilio) io avea messo il ragionare in bocca ad Africano, poco prima della sua morte, ed a Lelio, a Filo, a Manilio, a Q. Tuberone ed a Lelio, generi di Fannio e di Scevola; e 'l parlare, come in nove giorni, era compartito in nove libri, intorno all'ottima cittadinanza e viver de' cittadini. Adunque il lavoro andava innanzi splendidamente; e la dignità delle persone dava al parlare alquanto di autorità. Ora essendomi letti questi libri nel Tusculano, udente Sallustio, egli mi fece por mente come quelle cose si sarebbero potute dire con troppo maggiore autorità, parlando io della Repubblica, massimamente non essendo io Eraclide del Ponto, ma uom consolare, e tale che avea posto la mano ne' più importanti affari del governo; e che a mettere le dette cose in bocca ad uomini tanto vecchi, elle sarebbon parute favolose; e che io assai convenientemente avea in que' libri, dove parlavano dell'arte del dire, rinunziato il ragionare io stesso dell'oratoria; e tuttavia fattone parlatori tali persone che io avea conosciute; e finalmente che Aristotile le cose della Repubblica e

re publica et praestante viro scribat, ipsum loqui. Commovit [6] me, et eo magis, quod maximos motus nostrae civitatis attingere non poteram, quod erant inferiores, quam illorum aetas, qui loquebantur. Ego autem id ipsum tum eram secutus, ne, in nostra tempora incurrens, offenderem quempiam. Nunc et id vitabo, et loquar ipse tecum, et tamen illa, quae institueram [7], ad te si Romam venero, mittam. Puto enim, te existimaturum, a me libros illos non sine aliquo meo stomacho esse relictos.

2 Caesaris amore, quem ad me perscripsit, unice delector; promissis iis, quae ostendit, non valde pendeo; nec sitio honores [8], nec desidero gloriam; magisque eius voluntatis perpetuitatem, quam promissorum exitum exspecto. Vivo tamen in ea ambitione et labore, tamquam id, quod non postulo, exspectem.

3 Quod me de faciendis versibus [9] rogas, incredibile est, mi frater, quam egeam tempore; nec sane satis commoveor [10] animo ad ea, quae vis, canenda. Ὑποθέσεις vero ad ea, quae ipse ego ne cogitando quidem consequor, tu, qui omnes isto eloquendi et exprimendi genere superasti [11], a me petis? Facerem tamen, ut possem; sed (quod te minime fugit) opus est ad poëma quadam animi alacritate, quam plane mihi tempora eripiunt. Abduco equidem me ab omni rei

dell'uomo eccellente le scrive in propria persona. Mi persuase; e tanto più, perchè io non avrei potuto toccare i più importanti rivolgimenti della nostra città, essendo di data posteriore all'età di que' che parlavano. Io veramente avea preso quel mio partito appunto per non aver cagione, avvenendomi ne' tempi nostri, di offendere chicchessia. Ma ora io cesserò anche questo pericolo, e parlerò teco io medesimo; e nondimeno, venendo io in città, ti manderò lo scritto come era di primo getto. Conciossiachè io penso che tu crederai me aver abbandonati que' miei libri non senza qualche mio cruccio.

2 Il mio piacere singolarissimo è l'amor di Cesare, che egli in lettera mi mostrò. Non vo' far troppo assegnamento sopra le promesse che egli mi fa; nè ho sete di onori, nè gloria desidero; e più aspetto che egli mi si conservi dello stesso animo, di quello che m'adempia quel che promette. E tuttavia vivo in tale ambizione e travaglio, come aspettando quello che non dimando.

3 Quanto al tuo pregarmi che io faccia versi, tu non puoi credere, fratel mio, quanto mi manchi il tempo; nè già io sono punto in pena circa le cose che mi dai da cantare. Ma tu ricerchi da me la materia di quelle cose che io medesimo non so aggiugnere pur col pensiero: tu, che in questo genere di elocuzione ed espressiva a tutti se' entrato innanzi? Nondimeno io farei secondo la possibilità mia; ma, come tu sai, ad un poema è bisogno di certa alacrità d'animo, che da questi tempi al tutto m'è tolta. Io mi sottraggo,

publicae cura, dedoque literis; sed tamen indicabo tibi, quod mehercule in primis te celatum volebam. Angor, mi suavissime frater, angor, nullam esse rem publicam, nulla iudicia, nostrumque hoc tempus aetatis, quod in illa auctoritate senatoria florere debebat, aut forensi labore iactari, aut domesticis literis sustentari; illud vero, quod a puero adamaram,

Αἰὲν ἀριστεύειν, καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων,

totum occidisse; inimicos a me partim non oppugnatos [12], partim etiam esse defensos; meum non modo animum, sed ne odium quidem esse liberum; unumque ex omnibus Caesarem esse inventum, qui me tantum, quantum ego vellem, amaret, aut etiam (sicut alii putant) hunc unum esse, qui vellet. Quorum tamen nihil est eiusmodi, ut ego me non multa consolatione quotidie leniam: sed illa erit consolatio maxima, si una erimus. Nunc ad illa vel gravissimum accedit tui desiderium [13].

4 Gabinium si, ut Pansa putat oportuisse, defendissem, concidissem. Qui illum oderunt (ii sunt toti ordines) propter quem oderunt, me ipsum odisse coepissent. Tenui me, ut puto, egregie, tantum ut facerem, quantum omnes viderent. Et in omni summa, ut mones, valde me ad otium pacemque converto.

ben è vero, da ogni pensier di Repubblica, e mi do tutto alle lettere; ma ti dirò aperto quello che a nessun altro volea (tel prometto) tener celato meglio che a te. Io sono afflitto, o dolcissimo fratel mio, son trafitto del veder perduta ogni Repubblica, perduti i giudizi; e che questi anni dell' età nostra, i quali si conveniano fiorire in quella senatoria autorità, o sieno così malmenati nelle fatiche del Foro, o sostentati pur con gli studi di casa; e che quell' altra cosa, della quale io spasimava fin da fanciullo = *Sempre operar fortemente, ed a tutti star sopra* =, affatto sia morta; che io abbia nemici persone parte da me non tribolate, parte anche difese; che non pure dell' animo, ma nè anche dell' odio io sia libero [2]; e del non essersi trovato di tutti che solo Cesare, il quale tanto mi amasse quanto io desiderava; o anche dell' essere (come alcuni pensano) lui quel solo che il facesse da cuore. Delle quali amaritudini non ne è alcuna sì grande, che io non la addolcisca ogni dì con molte consolazioni: delle quali però questa sarà la maggiore, dell' essere noi insieme; ed aggiugni a quelle amaritudini, per al presente, quella che è gravissima, il dolore della tua lontananza.

4 Se, come Pansa crede me avere dovuto fare, io avessi difeso Gabinio, sarei stracollato. Que' che lo odiarono (ed erano tutti gli interi ordini) per cagione di lui [3], avrebbono preso a odiar me stesso. Parmi aver operato eccellentemente a restringermi a fare sola quella cosa che tutti hanno veduto. Avvenga che vuole, io mi volgo di forza, secondo che tu mi noti, alla pace e al riposo.

5 De libris, Tyrannio est cessator [14]: Chrysippo dicam; sed res operosa est, et hominis perdiligentis. Sentio ipse, qui in summo studio nihil assequor. De Latinis vero, quo me vertam, nescio: ita mendose et scribuntur, et veneunt; sed tamen, quod fieri poterit, non negligam.

6 Crebrius, ut ante ad te scripsi [15], Romae est: et qui omnia adiurant, debere tibi valde renuntiant [16]. Ab aerario puto confectum esse, dum absum.

7 Quatuor tragoedias [17] XVI diebus absolvisse quum scribas, tu quidquam ab alio mutuaris? [18] et κλέος quaeris, quum Electram et Troadem scripseris? Cessator esse noli: et illud γνῶθι σεαυτόν noli putare ad arrogantiam minuendam solum esse dictum, verum etiam ut bona nostra norimus. Sed et istas, et Erigonam mihi velim mittas. Habes ad [19] duas epistolas proximas.

CLV. (Ad Q. frat. III, 7)

Argumentum. 1 Magnam Romae proluviem fuisse narrat; 2 se, si Romam redierit, ad fratrem scripturum, epistolasque ad Labienum et Ligurium missurum ostendit.

Scr. in Tusculano A. V. C. DCXCIX, mense Nov. exeunte.

MARCVS Q. FRATRI S.

1 Romae, et maxime Appia ad Martis [1], mira proluvies. Crassipedis ambulatio ablata, horti, ta-

5 Per quello che spetta a' libri, Tirannione è una testuggine. Parlerò a Crisippo; ma l'affare è di molta fatica, e cosa da uomo diligentissimo: mel sento io medesimo, che per adoperarmivi con ogni studio, non ne fo nulla. Quanto a' latini, non so partito da prendere: tanto scorrettamente si scrivono e si vendono [4]; nondimeno farò il possibile.

6 Crebrio, come già ti scrissi, è in Roma; e quelli che di tutte le cose si giurano, contano delle grandi obbligazioni che egli ha verso di te. Credo che l'erario abbia conchiuso l'affare nella mia assenza.

7 Avendo tu, come scrivi, in sedici giorni finite quattro tragedie, domandi in prestanza a persona del mondo? e cerchi lode, avendo scritta l'Elettra e la Troade? [5] Non volere stare indarno: e quel *Conosci te stesso* nol creder già detto solamente ad appianar il tumore, ma eziandio per farci conoscere il bene che abbiamo [6]. Or e coteste tragedie e l'Erigona fa di mandarmi. Aggiugni questa alle due ultime lettere.

CLV. (A Q. frat. III, 7)

Argomento. 1 Conta del finimondo di pioggia che fu in Roma; 2 che arrivato a Roma, scriverà al fratello, come altresì a Labieno e a Ligurio.

Scritta nel Tusculano l'anno DCXCIX, sul finir di Novembre.

MARCO A QUINTO FRATELLO S.

1 In Roma, e troppo più nella via Appia fino al tempio di Marte, è uno smisurato allagamento. La cam-

bernae plurimae; magna vis aquae usque ad piscinam publicam [2]. Viget illud Homeri:

> Ἦματ' ὀπωρινῷ ὅτε λαβρότατον χέει ὕδωρ
> Ζεύς.

Cadit enim in absolutionem Gabinii

> Ὅτε δή γ' ἄνδρεσσι κοτεσσάμενος χαλεπαίνῃ,
> Οἵ βίῃ ἐν ἀγορῇ σκολιὰς κρίνωσι θέμιστας,
> Ἐκ δὲ δίκην ἐλάσωσι, θεῶν ὄπιν οὐκ ἀλέγοντες.

Sed haec non curare decrevi.

2 Romam quum venero, quae perspexero, scribam ad te, et maxime de dictatura [3], et ad Labienum [4], et ad Ligurium literas dabo. Hanc scripsi ante lucem ad lychnuchum ligneolum, qui mihi erat periucundus, quod eum te aiebant, quum esses Sami, curasse faciendum. Vale, mi suavissime et optime frater.

CLVI. (Ad Att. IV, 17)

Argumentum. 1 Atticum salvum in Italiam rediisse laetatur, et ut mox Romam advolet petit; 2 candidati consulatus quam spem habeant, exponit; 3 de literis a Quinto fratre acceptis narrat; 4 iterum ut mox adveniat, flagitat.

minata di Crassipede [1], giardini ed alberghi a gran numero portati via. Ecco verificato quel d'Omero: *D'autunno, quando Giove riversa rovinoso acquazzone.* Tutto il caso dell'assoluzion di Gabinio: *Quando crucciato carica la mano sugli uomini, i quali per violenza ne' lor concilii fanno le ingiuste sentenze e cacciano la giustizia, non curando la vendetta degli Dei* [2]. Ma di siffatte cose io son fermo di non darmi pensiero.

2 Venuto che io sia a Roma, ti scriverò d'ogni cosa che ci avrò trovata, e soprattutto della dittatura. Scriverò a Labieno e a Ligurio [3]. Queste cose ho scritte avanti dì, ad un piccolo lumicino di legno, il quale per questo mi dava sommo piacere, che mi fu detto essere quello appunto che tu, essendo a Samo, ti se' fatto fare. Sta sano, o mio ottimo e dolcissimo fratello [4].

CLVI.

(Ad Att. IV, 17)

Argomento. 1 Si rallegra con Attico del suo ritorno in Italia, e lo prega di volar tosto a Roma; 2 gli mostra speranza che i candidati portavano del consolato; 3 gli dice delle lettere avute dal fratel Quinto; 4 ritocca il punto del venir tosto.

Scr. Romae A. V. C. DCXCIX, mense Nov. exeunte.

CICERO ATTICO S.

1 O exspectatas mihi tuas literas! o gratum adventum! [1] o constantiam promissi, et fidem miram! o navigationem amandam! quam mehercule ego valde timebam, recordans superioris tuae transmissionis δέρρεις [2]. Sed nisi fallor, citius te, quam scribis, videbo: Credo enim te putasse, tuas mulieres [3] in Apulia esse: quod quum secus erit, quid te Apulia moretur? nam Vestorio dandi sunt dies [4], et ille Latinus ἀττικισμός [5] ex intervallo regustandus. Quin tu huc advolas, et invisis illius nostrae rei publicae germanam? [6] [ne puta, vide, nummis ante comitia tributim uno loco divisis, palam inde absolutum Gabinium. Detur esse valiturum] [7].

2 De Messala quod quaeris [8]; quid scribam nescio: numquam ego vidi tam pares candidatos. Messalae copias nosti. Scaurum Triarius reum fecit [9]. Si quaeris, nulla est magnopere commota συμπάθεια. Sed tamen habet aedilitas [10] eius memoriam non ingratam; et est pondus apud rusticos in patris memoria [11]. Reliqui duo plebeii [12] sic exaequantur, ut Domitius valeat amicis, adiuvetur tamen non gratissimo munere [13]; Memmius Caesaris commendetur militibus [14], Pompeii Gal-

Scritta a Roma l'anno DCXCIX, sul finir di Novembre.

CICERONE AD ATTICO S.

1 O da me aspettate tue lettere! o gradita venuta! o saldezza di promesse! o mirabile lealtà! o navigazione da portarle bene! la qual, sopra la fede mia, mi faceva gran paura, ricordandomi i sinistri del tuo ultimo passar del mare. Ma, se non fallo, io ti vedrò più presto di quello che scrivi: imperocchè tu credevi (mi pare) le tue donne essere nell'Apulia; or non essendo ciò vero, che ti fa il badare in Apulia? chè certo si vogliono donare alcuni giorni a Vestorio, ed è da gustare da capo a riprese quel suo latino *atticismo*. Ma or chè non voli tu qua a rivedere questa sorella di quella nostra Repubblica [1]. Io volli dire i danari in pubblico snocciolati nel luogo medesimo, innanzi a' comizii. Vedi assoluto Gabinio. Ti vo' concedere che tornerà in credito.

2 Di ciò che vuoi sapere di Messala, non so che dire. Io non vidi mai candidati pareggiati così. Tu sai potenza di Messala. Triario accusò Scauro. Se vuoi saperlo, non s'è levata troppo gran compassione: e tuttavia la sua edilità non è ricordata senza gradimento [2]; ed anche la memoria del padre ha il suo peso nell'animo de' contadini [3]. Gli altri due plebei si pareggiano in questo, che Domizio è ben fornito d'amici, ed è favorito per conto de' giuochi, che non furono i più graditi del mondo; Memmio ha raccomandazioni a' soldati di Cesare [4], ed è sostenuto dalla Gallia di Pompeo [5]. Per li quali rincalzi se egli non la vin-

lia [15] nitatur. Quibus si non valuerit, putant fore aliquem, qui comitia in adventum [16] Caesaris detrudat, Catone praesertim absoluto.

3 Ab Quinto fratre [17] et a Caesare accepi a. d. VIIII. Kal. Novemb. literas (confecta Britannia, obsidibus acceptis, nulla praeda, imperata tamen pecunia) datas a littoribus Britanniae, proximo [18] a. d. VI Kalend. Octob. Exercitum Britannia [19] reportabant. Q. Pilius [20] erat iam ad Caesarem profectus.

4 Tu, si aut amor in te est nostri [21] ac tuorum, aut ulla veritas [22], aut si etiam sapis, ac frui tuis commodis cogitas, adventare et prope adesse iam debes. Non mehercule aequo animo te careo. Te autem quid mirum, qui Dionysium tantopere desiderem? quem quidem abs te, quum dies venerit, et ego et Cicero meus flagitabit. Abs te proximas literas habebam Epheso a. d. V. Id Sextiles datas.

CLVII. (Ad Att. IV, 18)

Argumentum. 1 De consulum cum consulatus competitoribus pactione; 2 de sua cum Caesare coniunctione, et de Pompeii legatione obeunda.

Scr. Romae A. V. C. DCXCIX, mense Nov. praeter § 1.

CICERO ATTICO S.

1 Puto te existimare [1], me, nunc oblitum consuetudinis et instituti mei, rarius ad te scribere,

ca, si crede che debba sbucar fuori chicchessia, il quale ricacci in dietro i comizii fino alla venuta di Cesare [6], massime essendo stato assoluto Catone [7].

3 Dal fratel Quinto e da Cesare ebbi lettere a' 25 di ottobre [8], con data della maremma di Bretagna de' 26 di settembre passato; essendo già l'affar di Bretagna finito, ricevuti ostaggi, nessun bottino, e posta però una multa; e già ne rimenavano dalla Bretagna l'esercito. Q. Pilio [9] partì già alla volta di Cesare.

4 Tu, se punto in te d'amore di noi e de' tuoi; se niente di lealtà, ovvero se hai ancora cervello, e pensi di goderti del ben tuo, tu dei essere mosso per qua, anzi già esser qui con noi. Credimi, non posso portarmi in pace d'essere senza di te: e or che maraviglia che io mi muoia di veder te, quando ardo di veder Dionisio? il quale, al posto tempo, ed io e 'l mio Cicerone ti ridomanderemo. Le ultime tue lettere ebbi da Efeso, colla data de' 9 di agosto.

CLVII. (Ad Att. IV, 18)

Argomento. 1 Dell'accordo fatto tra i consoli ed i competitori del consolato; 2 della sua congiunzione con Cesare, e del suo voler andare legato di Pompeo.

Scritta a Roma l'anno DCXCIX, nel mese di Nov., tranne il § 1.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Tu credi, io indovino, che per essermi dimenticato dell'usanza e proponimento mio, io ti scriva più

quam solebam; sed, quum loca et itinera tua nihil habere certi video, neque in Epirum, neque Athenas, neque in Asiam, neque cuiquam, nisi ad te ipsum proficiscenti, dedi literas. Neque enim sunt eae [2] epistolae nostrae, quae si perlatae non sint, nihil ea res nos offensura sit; quae tantum habent mysteriorum, ut eas ne librariis quidem fere committamus.

2 *** Lepidum quo excidat; consules [3] flagrant infamia, quod C. Memmius candidatus pactionem in senatu recitavit, quam ipse et suus [4] competitor Domitius cum consulibus fecissent, uti [5] ambo LLS quadragena consulibus darent, si essent ipsi consules facti, nisi tres augures [6] dedissent; qui se adfuisse dicerent, quum lex curiata ferretur, quae lata [7] non esset; et duo [8] consulares, qui se dicerent in ornandis provinciis consularibus [9] scribendo adfuisse, quum omnino ne senatus quidem fuisset. Haec pactio, non verbis [10], sed nominibus et perscriptionibus, multorum tabulis quum esse facta diceretur, prolata a Memmio est nominibus inductis [11], auctore Pompeio. Hic Appius erat idem [12]. Nihil sane iacturae. Corruerat alter [13], et plane inquam, iacebat. Memmius autem, diremta coïtione [14] invito Calvino [15], plane refrixerat; et eo magis nunc cogitare dictaturam [16], tum favere iustitio, et omnium rerum licentiae. Perspice aequitatem animi mei et ludum [17], et

di rado, che non solea: ma il vero è, che non tenendo tu posta ferma nè di stanza nè di viaggi, io non consegnai lettera nè per l'Epiro, nè per Atene, nè per l'Asia, nè a nessuno, salvo se alcuno venisse a te difilato. Imperocchè le mie lettere non sono sì fatte, che andando smarrite, io non ne debba essere in pena: tanto hanno di cose segrete, che per poco non mi fido de' medesimi amanuensi.

2 * * * Lepido a che riuscirebbe? I consoli sono sbottoneggiati, perchè C. Memmio recitò in Senato una convenzione, fatta fra lui e 'l suo competitore Domizio, co' consoli, di dare loro ambedue quattrocentomila sesterzi, se, essendo essi fatti consoli, non avessero dato tre auguri [1] i quali affermassero d'essere stati presenti al fare della legge curiata, quando essa legge non era mai stata al mondo; e due consolari i quali testificassero, sè essere stati presenti allo scrivere del decreto intorno al fornimento delle provincie consolari, quando non era stato pure sentor di Senato. Dicendosi che questa convenzione non s'era formata con parole, ma con partite e carte di cambio, registrate al libro [2] di molti, la cosa fu scoperta da Memmio, che cancellò le partite, a sicurtà di Pompeo [3]. In questo termine Appio non mutò pur colore: e or di che dovea egli temere? là dove l'altro ne fu costernato [4], e, come dissi, stava per morto. Memmio poi, che avea rotto il complotto in onta di Calvino, era affatto venuto al niente; e per questo egli era tutto alla dittatura, ed al favorire le ferie e la franchigia in tutte le cose. Or vedi la temperanza dell'animo mio, e la beffa e lo sprezzo

contemtionem Seleucianae provinciae [18], et mehercule cum Caesare suavissimam coniunctionem (haec enim me una ex hoc naufragio tabula delectat), qui quidem Quintum meum tuumque, dii boni! quemadmodum tractat honore, dignitate, gratia? non secus, ac si ego essem imperator. Hiberna legionum [19] eligendi optio delata commodum, ut ad me scribit. Hunc tu non ames? quem igitur istorum? [20] Sed heus tu, scripseramne [21] tibi me esse legatum Pompeio? et extra urbem quidem fore ex Idibus Ianuariis? Visum est hoc mihi ad multa quadrare. Sed quid plura? coram, opinor, reliqua; ut tu tamen aliquid exspectes [22]. Dionysio plurimam salutem: cui quidem ego non modo servavi, sed etiam aedificavi locum [23]. Quid quaeris? ad summam laetitiam meam, quam ex tuo reditu capio, magnus illius adventu cumulus accedit [24]. Quo die ad me venies, si me amas [25], apud me cum tuis maneas.

CLVIII. (Ad Q. frat. III, 8)

Argumentum. 1 Hortatur fratrem, ut militiae labores et cetera, quae ipsum offendant, perferat; 2 deinde de cautione in literis dandis adhibenda; 3 de poemate ad Caesarem perficiendo, de spe candidatorum consulatus et dictaturae metu; 4 de Serrani filii funere; 5 de Milonis ludorum apparatu scribit.

30 Lamb. *Arpinate*. Vtrumque rectum esse vidit Malaspina ex locis *Aletrinate* pro Cluent. 16, *Fulginate* pro Vareno in fragm. et Prisc. VII.

31 Scilicet, *attinet*. *Pomponiam*, Quinti Ciceronis uxorem.

32 Ita necessario scribendum erat, non ut vulgo *otiosum*. Cicero ait: mirabiles a te plausus feram, quum otiosus filium tuum mecum habuero, tuque quantum ex institutione mea profecerit intellexeris. *Schütz*. Adde quod seq. *Romae respirandi non est locus* non de alio, quam de ipso Marco Romae occupatissimo intelligi possunt, cui bene opponitur *otiosus*; et sic iam ante Schützium correxerat Lambinus.

33 Amb. 16, edd. Ro. Vict. *mihi abs te. Mercede*, quam nemo scire potest.

34 H. e. ad ea, quae pluribus epistolis scripsisti. *Literas*

latiore sensu, nimirum ad significandum libros, orationes, scripta, adhibuit Cicero in ep. XIX, 4. Hic proprie significat animi sensa, quae pluribus chartis commisit Quintus.

35 Vox *literis* abest a Land.

36 Vetustae edd. ante Lamb. et mss. hic et infra *Appius*; sed infra Landius recte *Oppio dixi*. Res est de Oppio Caesaris familiarissimo, ut quamplurimae nostri epistolae testantur.

37 Fovendo, etiamsi Caesarem colit; ep. CXL, 1.

38 Videtur aliquid excidisse, puta: *tametsi summo m. dolore hoc fit.*

39 Vulgo *Hippodamis*, quod Manutius, aliique de equorum domitoribus acceperunt; melius Schütz nomen proprium esse affirmat, quod et infra § 9 occurrit, reponitque *Hippodamo*. Land. *hyppodoniis*, et infra *yppodanium*, etc.

40 *Isto* pro *istuc*, scil. istis Hippodamis (Hippodamo) et ceteris. *Ernest.*

41 Si Trebatio minus satisfecit Caesar. *Tislinus.* Mox *libero*, a Trebatio fovendo.

42 Caium, Caii F., legatum Caesaris in Gallia.

43 Vid. ad ep. CXL, 2. Tribunatum fortasse Trebonio petere volebat Quintus a Caesare. Mox mss. et edd. vett. *perscripsit.*

44 Optime sic emendavit Lambinus; idem placuit Ernestio. *Mihi molesti sunt*, scilicet petendo commendationem meam ad Caesarem, ut ab eo aliquid impetrent. *Schütz.* Vulgo *sibi molesti sunt.* In ed. tamen principe 1566 Lambinus utrumque omisit et *mihi* et *sibi.*

45 Supra, Lamb. *nunc ad minusculam*, etc. *Veniam non dedit*, h. e. tibi non concessit. Indignatus Caesar, quod Clodius, quas a se literas accepisset, in concione, ad

ostentationem amoris erga ipsum Caesaris recitasset (pro Dom. 9), statuerat, se nullas umquam literas illi furiae missurum.

46 Lucium Pisonem Caesoninum intelligit, cui ab avo materno cognomen *Calventius* fuit. Iocose autem eum *Marium* appellat, respiciens ad locum orat. in Pisonem c. 9, ubi eum cum C. Mario comparat. *Schütz.* Hinc nihil opus cum Lamb. corrigere *Calveni Matii.* Mox *oratione*, nimirum a Pisone scripta, sed non habita, ut opinatur Schütz.

47 Sic bene corrigebat Faërnus et Malasp. probante Ernestio, et rescripserunt Lambinus et Schütz. Vestigia huius lectionis sunt in ed. Ro. *ea in re,s.*, aperte vero Landius habet *ad eam*, scil. orationem.

48 Orationem in Pisonem, quae exstat. *Schütz.*

49 De re publ. Minus recte Amb. 16, 17, Land. edd. Ro. Vict. *meos omnes.*

50 Pro Scauro; vide inter fragm., pro Plancio, suo loco.

51 Vnus Land. *poëmata;* minus bene; intelligitur poëma, de quo ep. CLIX, 6. Mox Ambb. 16, 17, Land. cum Lambino *institueram*, quod melius sequenti *incidi* convenit.

52 Quoniam tu, qui ipse poëta es, carmen desideras ab alio. *Ernest.*

53 Bene nummatum.

54 Ed. Ro. *iucundum est.* Amb. 16, Land. et ed. Vict. *iucundum*, sine *erit;* rectius.

55 Ad ambiendum, ad ineundam gratiam populi. *Laborem*, forensem.

56 Nimirum, iucunde; h. e. quando cessabimus.

57 Tragoediam a Quinto compositam, et Oppio, ut iudicium eius de ea eliceret, missam; cf ep. CLIX, 7.

58 Coniungitur cum sup. *nihil novi praeter Erigonam, et*

praeter id, *quod praeterii.* Mox *de eo*, ignoratur qui fuerit, ut et causa plausus Miloni dati, nisi fuerit propter eius perpetuam in Clodium oppositionem.

59 Amb. 16, Land. edd. Ro. et Vict. *etiam mihi est.*

60 De operibus, puto, loquitur et inscriptionibus illis, de quibus in ep. CXX, 2. *Manut.*

61 Vt emam. *Manut.* Amb. 16, Land. edd. Ro. et Vict. *me quod a.*

62 Sic tacite Schütz; vulgo *id non.* Mox ed. Ro. *vertit. Honeste vergit*, quod tectum conclaviorum habeat unum tantum fastigium.

63 Quintus Quinti filius. *Noster* pertinet ad modum blandiendi, quia hic tunc erat cum patruo Marco; cf. ad ep. CXXXVIII. Mox *absum* habent omnes neotericae edd., et sic videtur esse legendum, tum quia supra Cicero dicitur Romam ivisse, tum quia id convenit seqq. *apud rhetorem.* Libri tamen omnes paullo antiquiores, etiam scripti, *adsum.* Quinti filius ingenio ita promtus erat, ut frenis etiam egeret, ut legitur in ep. CCLII, 9.

64 Nimirum, accusatorum. Mox Lamb. *iam eum de m.*

65 De hoc Gabinii reditu ad urbem videnda orat. in Pison. 22, 23.

66 Quod M. Cato, praetor, apud quem causae de repetundis hoc anno dicebantur, aegrotabat, Gabinius postulari non potuit.

67 Cum Gabinio. *Nec — proficiet*, immo profecit; pro Rab. Post. c. 8. Divum Hieronymum (Apol. adv. Rufinum) orationis Tullianae pro Gabinio fragmentum nobis conservasse indicavit I. V. Clericus. Ed. Ro. *perfecit — perficiet.*

68 Ad epp. CXLI et CXLII, 7.

69 Candidatus consularis patricius; ep. CXLII, 7. Infra *Memmio*, candidato consulari plebeio.

70 Qui et ipse consularis candidatus erat.

71 Notat Morcellius (Dello scrivere degli Antichi), errare eos cum Martorellio (de Theca cal. parerg. c. 4), qui affirmant, veterum epistolas fuisse in terctem formam convolutas. Nam praeter quam quod non est haec vis verbi *complicare*, quo et hic, et iterum in ep. CDXLI utitur Cicero, ait repertam fuisse paucis abhinc annis in antiquo sepulchro apud Falarienses in dioecesi Firmana membranam, quae a quatuor cornibus usque ad umbilicum semel atque iterum complicata erat instar libri quadrati; cuius quatuor cornua deinde stamine ligabantur, et stamen ipsum plumbeo tenebatur sigillo. Contra Morcellium Plautus, Rud. IV, 3, 1: *Dum hanc tibi rudentem, quam trahis, complico.*

72 Omnino sic est corrigendum cum Manutio et Schützio vulgatum *XI Kal. Sept.*, qui dies sequentibus nullo modo convenit.

73 Naufragium multarum navium putat Manutius (Caes. B. Gall. IV, 29); obitum Iuliae Caesaris filiae, Pompeio Magno nuptae, melius interpretantur recentiores. Vox enim *luctus*, quae infra de Caesare dicitur, de iactura navium non patitur intelligi, praesertim in Caesare.

74 Scilicet, negotii habuisse. Tislinus legit *Publio*, et intelligit de P. Clodio; in quo secum facientes habet Amb. 16, Land. et edd. vett. Res utique ignota; sed non magis notum est vulgatum de *Publilio*, etiamsi interpp. provocent ad ep. DXXXIX. Malim, cum Clerico, *cum Vibullio.*

75 In Hispanias pro consule ituro. Sic enim putabatur. Verum non ivit. *Manut.* De Pompeio rei frumentariae procuratore inde ab A. V. C. DCXCVI (ep. LXXXVII, 2), hunc locum intelligendum esse indicat epistola CXLVIII, 3 post med.

76 In urbe, ep. CXL, 1; non legatum Pompeio fieri.

77 H. e. non vero ad Oppium pertulisse, qui Caesaris negotia in urbe procuraret. Sed neque haec, nec quae sequuntur, satis expedita sunt. Schützius postquam ediderit *Vibullii*, et *coram Caesar*, pro vulgg. *Bibuli* et *coram Caesare*, totum locum sic proponit legendum: *scripsique ad Caesarem, Vibullium Caesaris mandata de mea mansione ad Pompeium pertulisse, nec item Oppium. Quo consilio? inquies. Oppium ego tacui, quod priores partes Vibullii erant. Cum eo enim coram Caesar egerat, ad Oppium scripserat.* Correctio Schützii *Vibullii* pro *Bibuli* propius abest a mss., in quibus literae *v* et *b* propter similitudinem saepius commutantur, ut in numis *nobilis* et *novilis*, et alia sexcenta. *I* autem geminatum raro, ut Malaspina observat, reperitur.

78 H. e. primas curas Caesaris rebus debeo, quum ipsemet, ut Romae maneam, roget.

79 Ed. Min. *foris*; *foras* mutavit Victorius, ita tamen, ut neque *foris* improbaret; Petron. c. 10. *Qui ut foris cenaret;* ipse Cic. ep. seq. *ego si foris cenitarem.* Mox edd. Iens. Aldi, Lamb. *deditque mihi.*

80 Sic Victorius e suis membranis, quibus adde Pall. 2 et 4 apud Grut. et Amb. 16, Land. et ed. Ro. Aliae edd. ante Vict. *ab Aristophaneo meo.* Lectionem *Aristophaneo modo* Vict. et Ernestius ad Aristophanem comicum referunt. Schütz verisimilius ad Aristophanem Byzantinum grammaticum respexisse Ciceronem putat, et Quintum patrem censuram egissae epistolae a filio ad eum scriptae.

81 Amb. 17 *Mihi illam a.*, et paullo post *eum esse a. mihi.*

82 Respice finem, dicit philosophus; cf. ad epp. CCCLXVI, 1; CCCLXIX, 2 et seq.

83 Amb. 16. *pergratae literae tuae.*

84 Sic Lambinus et Sch., recte; cf. ad ep. CCXLIX, 2. idque forte volebat scriptor libri Landi: *ne nunc velim quidem quid rogavit.* Vulgo *ne nunc quidem quid velim r.*

85 Edd. vett. *Annius.*

86 Lib. Landius *non dubitaturum emere.*

87 Idem Land. *Non ad me scribere.*

88 Lamb. *de te;* Schützius voces, ut ineptas, delevit; id ego non audeo, propterea quod etiam in ep. LXXXII *nihil se invitis* est pro *nihil illis invitis*; ep. CXLII, 4 *debemus patrem familias domi suae occidere*, pro *domi eius;* et sic aliis in locis ipse Cicero, et alii; quae loca Fr. Sanctius et Iac. Perizonius collegerunt in Minerva II, 12. Mox Ald. et Lamb. *in T. eius mihi;* et in seq. membro Amb. 16 *sermonem, animum.*

89 Verba haec corrupta sunt. Fortasse *quemadmodum coniicio* transponenda sunt post *nequid ille turbet*, et post *quasi* vel addendum, vel intelligendum *oblitum esse.* Schütz. Lambinus *quasi ignoto*, Ernestius subaudiebat *oblitum videri.*

90 Fuit igitur ad urbem septem dies; vide § 7. Non quod triumphum exspectaret, revocatus a provincia (Orat. de prov. consul. 4—7); sed quod eum in urbem ingredi puderet; itaque et *noctu* introivit.

91 Praetoris. *De maiestate*, quod accepta pecunia Ptolemaeum regem in regnum restituerit; ep. CXVIII, 1.

92 Et hic revocatus e provincia Macedonia. *Proximus*, nimirum turpitudine, ut explicat Manutius. Libri nostri *pr. est tamen.*

93 De temporibus suis, ep. CXLVIII, 8. *Schütz.* Mox Ald. Lamb. *inducere;* utrumque Amb. 16 *inducere, includere*, sed illud punctis subiectis inductum.

94 *Perdidisset* Piso; *vendidisset* Gabinius; vide Oratt. de Prov. cons. et in Pis.

CXLVII.

1 In extrema tragoediae parte. *Sero sapiunt*, scilicet Phryges. Proverbium convenit in eos, quos stulte factorum sero poenitet, ut in Troianos, qui vix decimo obsidionis anno, et tot iam acceptis cladibus de restituenda Helena consultarunt. Vide Erasmi Adag. Chil. I, 1, 28. *Vetule*, sic eum appellat, quod, instar senis, querulus esset.

2 And. de Franciscis in suo exemplari correxit *primum quod*, quod Lamb. expressit. Melius fortasse Manutius *primum i.*; quod et Amb. 14 a 1 man. habet.

3 Sic correxit Politianus non sine libris, *minus* tantum in *nimis* mutato, et sic Graevii primus et ed. Minutiani habent, literis tamen latinis *non minus philotheorum*, idque placet Vict. et Graevio; quorum ille sententiam etiam explanat: quod scilicet in expeditione et negotio Britanniae te non nimis cupidum visendi praebuisti. Constat enim ex dictis Trebatium in Britanniam non ivisse. Reliqui libri *te non minus, quam philoctetem*, vel *philotecta*, vel etiam *philotecten p.*, ad cuius explanationem adi Corradum ad h. l., si vacat.

4 Clausus in hybernis, ubi frigebat, ep. CXLV, 1. Lambinus corrigit *vinctus in h.*, aitque, dici latine non posse *iniectus in hybernis*, sed potius *iniectus in hyberna*. At latine dicitur *deambulare in platea*, et de Orat. I, 7 *ut se abiiceret in herba*. Gronovius *illectus*, Schütz *intectus*, haud satis vestibus tectus.

5 Verba *Vsquequaque — acerrimum* esse octonarium trochaichum ex aliquo tragico desumtum putat Schütz.

6 Supra, Amb. 3, 7 *Cui tum dixi*. Tum omnes edd. vett. *quis es tu*; Amb. 6 *quis es*.

7 Ambb. omnes et edd. vett. *adduxisses.*

8 Caesarem obiisse civitates imperii sui, ac proinde Galliae etiam Cisalpinae hiberno tempore, ut ibi forum ageret, colligitur etiam ex eius commentariis. Hoc nomine Caesar venturus in Italiam dicitur cum Trebatio.

9 Ambb. 3, 7, 13, Rec. *quomodo Stoici, omnes enim dicunt divites.* Mox 3, 7, 14, Rec. cum Lamb. *frui possunt*, et 12 *ego postea.*

10 Amb. 6 *negant. Negent — respondere*, non quod superbus fuerit, sed quod a nemine in illa regione consuli potuerit.

11 Ambb. 3, 6, 7, 13, 14, 15 et Rec. cum ed. Ro. *quo gaudeas*, iidemque infra cum edd. vett. *Samarobrinae.*

CXLVIII.

1 Ambb. 3, 7 *Procos.* Qui in hostes iustam victoriam retulisset proconsul, ab exercitu victore *imperator* dicebatur, eoque nomine utebatur ipse, quum ad alios scribebat, et alii, quum ad ipsum. Cfer. ep. CCXXVI. Qua vero victoria *imperator* Lentulus dictus fuerit, nescimus.

2 Quum opera praecipue Lentuli se in patriam restitutum fateatur; epp. XCII, 3; XCV, et CXIII, 5. Hinc illa, quae sunt infra, *tuam propugnationem salutis meae.*

3 Triennium; cf. ad ep. CXIII, 1. Mox *disiuncti* habet Amb. 12, ut hoc loco, et loco epistolae mox laudatae edidit Ernestius. Vulgo *diiuncti;* edd. vett. *seiuncti.*

4 Zel. A *de qua quidem o.*, et infra Amb. 15 *quae requiris.*

5 Sic Victorius, unus Memmianus apud Lamb., Graevianus pr. et Amst. apud Graev., unus Amb. 12 a 1 m. et unus Vat. apud Gebh.; hoc est efficaciores, ut *prae-*

sens remedium, praesens venenum, praesens Deus, quia praesentia sua vim auget: Virg. Ecl. I, 42:

Nec tam praesentes alibi cognoscere Divos.

Reliqui nostri et aliorum cum edd. primis *praestantiores*.

6 C. Cato, qui vim suam in Lentulum potissimum contulit, quum de abrogando illi imperio legem tulit; ep. XCVI.

7 Quia Lentulo nocere non potuit. *Manut.* Nam imperium abrogatum non fuit.

8 Scil. nostra vice, h. e. quod ipsi facere debuimus. Sic *doleo tuam vicem* veteres dicebant. Vide Manutium.

9 Vt ei ne liberum quidem sit in publico versari, propter comitia in tribunatu eius dilata (ad ep. CXLII, 7; et CXLIV, 3), et multa flagitia.

10 Schütz ex ingenio *eam te fidem*. Mox Ambb. quatt. Rec. et edd. vett. *cognoscere;* et statim Zel. A *non tam magna;* et in fine sententiae Amb. 14 *cognoveram.*

11 Quod satis ostendunt sup. epp. CXXXIII, CXL init., CXLII, aliaeque. Praeterea Cicero ei sua sententia supplicationes decreverat XV dierum, quales antea nemini decretae fuerant, stipendium, et X legatos, et luculentam habuerat de conservanda Caesari provincia orationem, quae adhuc exstat, inscripta de Prov. consular. *Cum Appio*, nimirum Pulchro, P. Clodii fratre, quo cum eo nomine inimicitias gesserat.

12 Quem male oderat.

13 Reditus scilicet mei ab exsilio; cum affectu, ut ep. CXIII, 5 init.

14 Frigere visum est *ipsum* Ernestio; proxime est enim *tibi.*

15 Amb. 15 *extitisse.*

16 Quod consules valde illiberaliter villas eius aestimassent (ep. LXXXVIII, 2 extr., et 4), Clodius armatis hominibus aedificationem Ciceronis in Palatio disturbasset (ep. LXXXIX, init.), et Metellus cos. per id tempus turbulentas ad populum conciones de eo haberet; ibid., § 1 post med.

17 H. e. de monumentis ei restituendis, vel sarciendis.

18 Intellige domum, villas (ep. LXXXVIII, 2), et illa fortasse, de quibus in ep. XXIX, 12. Ambb. quatt. Rec. et edd. Med. Vict. *monimentis.*

19 Cf. ad ep. LXXXIX, 1.

20 Edd. Med. et Minut. *resarciendis.*

21 Benedictus *neque eram,* delens *enim* auctoritate mss.

22 Quando tecum dederunt operam, ut ab exsilio revocarer. *Corrad.*

23 Etsi aliquoties contra Pompeium; sperans gratificari quum M. Catoni, tum reliquis, qui de re publ. optime sentire videri volebant.

24 Aliqui in iudicio Sextii, alii in senatu, explanant; ego rem non satis intelligo.

25 Haec est lectio Victorii. Nostri omnes cum Rec. et edd. vett. *quum, ut laudaret Pompeium Sextius introisset.* Inepte. *Introisse* in urbem intelligi debet Pompeius, qui quum esset cum imperio propter procurationem rei frumentariae, extra urbem esse iubebatur, neque ingredi poterat, nisi venia a senatu impetrata. Lamb. *quum u. l. P. Sextium Pompeius introisset.*

26 Zel. A *facilitate*, ex verborum similitudine.

27 Schütz, auctoribus Benedicto et Mart.-Laguna, ex duobus codd. Dresd. *Me M. Bibuli;* iis adde Amb. 12.

28 Pompeium, Crassum, Vatinium, praecipue Caesarem; vide ep. XXXIX, et seqq. illius anni.

29 Idest, oratio in Vatinium, quae ideo *interrogatio* di-

citur, quod revera in ea interrogatur testis Vatinius. Mox Olivetus *nihil habuit aliud.* Infra, *illius tribunatus*, nimirum Vatinii.

30 *In quo,* explanant, tribunatu; sed Manut. 1543 *in qua,* quod cum Ernestio praetulerim; scilicet, in qua interrogatione.

31 *De vi,* qua Bibulum Caesar obnunciantem foro expulit (ep. XLVII, 3); *de auspiciis,* quibus neglectis, leges pro Caesare Vatinius tulit. *Manut. De donatione regnorum,* titulo regis, scilicet, et socii dato externis dynastis accepta pecunia; Orat. in Vat. 10; Svet. in Iul. 54. *I. F. Gronov.*

32 Tacite Schütz *constanter ac saepe,* ut placebat Ernestio, qui aliter *saepe* deleri volebat.

33 Quem Caesar cos. A. V. C. DCXCIV diviserat (epp. XXXII, et XLII) aerario fraudato. Hinc infra *referretur* explicat I. F. Gronovius, ut rursus ea res, quam Caesar pro confecta habebat, in deliberationem mitteretur. Cf. ep. CIII, 2 ad Q. fr.

34 Nostri aliquot, Rec. et edd. vett. *non*; languidius scilicet, quam vulgatum a Vict. Manutio et Grut. Amb. 15 *neque*, fere ut Pal. quar. apud Grut. *nec. In arcem,* in caput rei praecipuum: Cic. Div. I, 7: *Arcem tu quidem Stoicorum, Quinte, defendis.*

35 Amb. 12 a 2 m. *et meminisse;* edd. vett. *meminisse et.*

36 Contra Caesaris legem de agro Campano. Lectio debetur Graevio; libri ante illum minus concinne *animorum motus factus est.*

37 Amb. 2 *tum eorum, quorum.* Pompeium et Caesaris amicos his verbis designari aiunt interpp.

38 Scil., ut referretur de agro Campano. *Hoc,* nulla praecedente SCti mentione, abundare visum est Ernestio.

39 Ad frumentum comparandum; ep. LXXX, 2. *Corrad.*

40 In ep. XCVII, 1.

41 Vt acta, quae cons. Caesar adversante Collega Bibulo egerat, Ciceronis restituti sententia confirmarentur. Quod quum Pompeio Quintus promisisset, non praestare fidem eius frater Marcus in ea sententia de agro Campauo visus est. *Min-Ellius.*

42 Ambb. omnes, praeter sec., item vett. edd. cum Lamb. *ut eam non*, ut in ep. DCCCXLVI.

43 Vulgo *quum tamen ante Pompeius*, contra nostros omnes; Martyni-Lag. et Schütz etiam *tamen* omiserunt. Significat Pompeium et mandatum Quinto dedisse, et nihilominus Vibullium misisse.

44 Lambinus scripturam solicitavit sine causa, *ut integram mihi — rem servarem.* Caelius, ep. CCXLII, 3: de *Dolabella integrum tibi reserves.* Alii malunt *integrum me — servarem*, quemadmodum alibi loquitur Cicero.

45 Hoc est, pro re publ.

46 Tres Ambb. *animumque fidemque.*

47 Quum dicit *bonum civem* innuit sua in rem publ. beneficia, quum *bonum virum*, se velle fidem datam amicis liberare, et Pompeio, pro beneficio accepto, gratum esse.

48 Nunc alteram causam affert, cur a sententia discesserit, malivolentiam et obtrectationem quorumdam optimatum. *Manut.*

49 M. Catonis in primis, Bibuli, L. Domitii. *Manut.*

50 Dixit in ep. CVI, 1. *Manut.*

51 Edd. Iens. Min. *inimicum meum Clodium*; ad Clodium utique spectat, sed in epistola ad Lentulum, cui nota res erat, inimici nomen est ineptum.

52 Duo Ambb. *circuminspectis.*

53 Amb. 3, *tibi sic breviter.*

54 In primo Graevii *Cinneis temporibus*, quod Lallem. in *Cinnanis* correxit, ediditque. Sed et *meis* non displi-

cet, quum Cinnae Marii et Sullae bella civilia, de quibus est hic sermo, primis Ciceronis temporibus fuerint.

55 Vulgo *accidisse accepimus*; sed *accepimus* expunxit Schütz, auctoribus Victorio, Graevio et Benedicto. Bene id expunxerat iam Verburgius, abestque a nostris omnibus, praeterquam a sec., qui, contra, ablegat *accidisse.* Mox Vict. *non modo non praemiis;* quorum alterum *non* est contra Ciceronianam dicendi formam; idque vidit in notis ipse Victorius. Infra edd. vett., praeter Med., *minime valent.*

56 Edd. vett., praeter Med., *quibus moventur.*

57 Praetor Manilianam rogationem suasit, ut Pompeio Mithridatici belli cura mandaretur: exstat oratio; consul quum aliis eum ornavit officiis, tum etiam quod retulit de supplicationibus decernendis, re publ. Mithridatico bello felicissime gesta. *Manut.*

58 Vid. epp. CXXXIII, CXXXVI et seqq.

59 Ambb. duo *res publ. ipsa.*

60 Sic edd. vett. cum Ernestio, Schützio et Cler., et sic Rec. et sex nostri. At Victorius, Gebh. Mart.-Lag. *in hac mente.*

61 Libro IIII de Leg.

62 Primo scilicet consulatus sui die; de re consule Orat. in Pis. c. 2, 3, et contra Rullum 8. *Nonis Dec.*, quo die opera potissimum Ciceronis coniurati Catilinarii supplicio affecti sunt.

63 Quod L. Piso et A. Gabinius pacti sunt cum Clodio, ut ei Ciceronem traderent, ipsi provincias Macedoniam et Syriam ab eo acciperent. Pro Sext., pro Dom., De Prov. cons., in Pis.

64 Schütz concinniori locutione *casus quidam caput;* sed et vulgatum facile potuit e calamo hominis excidere. Mox I. F. Gronovius malebat *c. causam.*

65 Sic cum Schützio Manutius, Lamb. et codd. nostri cum Rec. et vett. passim edd.; vulgo *mirificus senatus — consensio*. De re cf. ep. LXXXVII, 1.

66 Lambino placebat *breviter*; sed *brevi* pro *paucis* est etiam in ep. CCXXII sub init., aliisque.

67 Significat praecipue Pompeium.

68 Ambb. passim *accusandi si qui p. — reprehendendi sunt si qui*. Edd. Ro. et Iens. *a. sunt si p. — reprehendendi si se* etc.

69 Amb. 15 *dextrum*. Infra Vict. *quod meos cives*.

70 Operibus Clodianis.

71 Ex emendatione Victorii. Nostri corrupte *pugna non reliquissent*, praeter quintumdcc., qui habet *hi — pugnare voluissent*. Zel. A *ii — pugnam non reliquissent*. *Pugnare licuisset*, scilicet per me.

72 Sic Zel. A; ut in ep. CCCXXVI, 2. Vulgo *tenendo*, pro quo Graevius *tuendo*. Mox Ern. *si sibi constare*, vel *si perstare* corrigebat.

73 Sic cum vulgg. libris aliquot Ambrosiani. Schütz praeeunte Benedicto *Recreati — boni viri — excitati*, quod et Zel. A et reliqui Ambb. cum edd. Ro. et Iens. habent; aitque constructionem bene procedere, si puncto distinguas post *adiuncto*, ac pro *quum* reponas *quumque etiam*. Vulgatum tamen facilius et pressius.

74 Hoc est, Clodius. Libri omnes ad unum scripti *illa furta;* quod Victorius in *illa furia* ex ingenio mutavit, quasi diceret Cicero: *illa non* sacerdos, *sed furia m. religionum*. Sic enim Clodius appellatur in ep. CXLVI, 4. Hoc placuit etiam Benedicto et Clerico. Quod autem infra dicitur genere masculino *assecutus*, nihil huic correctioni officere potest, quum extra sacrum Cicero ad genus respexerit sacerdotis, non ad officium; cuiusmodi alibi exempla vidimus. At Rutilius, Lamb. Mart.-Lag. et Sch. *ille fur*, pariter ex ingenio.

75 Nonnulli libri, etiam nostri, *impunitatem scelerum;* sed quum libri meliores habeant *impunitatem st=illorum*, pro *i. est illorum*, aliqui, qui illud non intellexerant, pro *stillorum* fecerunt *scelerum*, ut monuit Victorius.

76 T. Annius Milo. *Civi*, P. Clodio.

77 Duo Ambb. *in iudicio.*

78 Quia pecunia publica, et senatus decreto exstructum, Cicerone tantum locante, et aedificii curationem habente.

79 Morte impeditus; Plin. XXXV, 10; Cic. Off. III, 2.

80 Amb. sext. *reliquum corporis.*

81 E correctione Ernestii. Ante illum *acceperunt.*

82 Schützius verba *est vero probandum — superasset* uncis inclusit.

83 Ambb. 2, 3, 12, Rec. et edd. vett. *se se.* Mox Ambb., praeter ter. et sext., item edd. vett., praeter Iens., *uno cive;* et statim nostrorum secundus *cumque Q. Metellum*, cum Vict.

84 Vncis inclusam vocem, auctore Graevio, delevit Schütz. Videtur enim posita a magistro cum *ordinibus*, ut alterutrum legeretur. Manut. *hominibusque;* Lamb. *diis hominibusque;* et sic sane infra est § 5, et epp. CII, 1, et CLI, 1. Melius delcverim si per libros mss. liceret.

85 Quibus eum splendorem, eamque speciem tueor. *Graev.*

86 Ambb. omnes ad unum *desciscerem*, nisi quod aliqui vitiose *desisterem;* sed Ernestius volebat *desciscam*, edidit tamen *descissem;* Schütz *desciscere me.* Man. et Graev. *desciverim.* Sequentem praepositionem *a* nulli libri neque Ambb. Rec. neque edd. vett. agnoscunt.

87 De consilio meo complectendi Pompeii et Caesaris. *Corrad.*

88 Ambb. 2, 6, 15, Zel. A et edd. Med. Ien. Min. *numquam postea, i;* tum 6 et 7 cum ed. Ro. *interruptus et a.*

Infra nostrorum plerique, Rec. et edd. vett. *idque non solum*, quod non displicet.

89 Man. *sententia saepe iam* etc. Mart.-Lag. et Sch. *ostensa saepe iam tabella*, ex coniecturane, an codd. mss. auctoritate, nescimus.

90 In Critone.

91 In epist. ad Perdiccam, quam Ficinus Dionis esse putat. *Manut.*

92 Schütz *desipientem senectute, persuaderi posse diffideret*; verba interiecta, ut temere inculcata, delevit.

93 Edd. Iens. Min. *tenerer.* In seq. sententia Amb. tertiusdec. *sed tamen laetatus.*

94 *Non esset is, qui e.*

95 Te et Pompeio exceptis.

96 Rec. et ed. Ro. *de Vatinio et Crasso.*

97 Amb. 12 cum ed. Med. *factus est.* Anno nimirum superiore, quum M. Cato eius competitor repulsam tulisset; cp. CXX, 3; Plut. in Cat. Min. post med., et Liv. CV, 14.

98 Ep. CXLIV, 3.

99 Hispaniis; supra, § 4 ante med. *Corrad.*

100 Ambb. sept. et quintusdec. *ne hoc*, supple *quidem: ne hoc quidem*, h. e. ne tibi absenti quidem reponam.

101 Terentii Comoedia, III, 1, 50, seqq.: ubi Thais nominabit Phaedriam (rivalem militis), tu (miles) nominabis Pamphilam, quae Thaidi vicem det. Tres Ambb. cum ed. Iens. *suadet militi.* Amb. quartusdecimus et quintusdec. *nominarit;* et tert. statim *continuo nominabis.* Infra omnes, septimo excepto, cum. Rec. *comessatum;* ed. Ro. *commensatum.*

102 Sic Lambinus, quem Sch. et Clericus sequuntur. Nostri *Par pro pari*, ut Lallem.

103 Zel. A *hilariter.*

104 P. Vatinium opponit P. Clodio; venuste. Mox Amb. 7 *leniter repungere*. Infra Ambb. sec., ter., decimus secundus et tertiusdecimus *deis hominibusque*, cum ed. Med.

105 Additum *nunc* a Martyni-Lag. et Schütz recepi; est enim in ms. Scaelsiano.

106 Inde ab anno DCXCII; ep. XIX, 4. Simultas tamen inter utrumque rursus emersit, quum Cic. in exsilium actus est Crasso Clodium adiuvante (Plut. in Cic. p. 875). Secundus in gratiam reditus fuit intercedente Publio, M. F. (ep. CXXXI; Plut. in Crasso, p. 551). Tertiae tum dissensionis, tum etiam reconciliationis causa hic exponitur. Vide fusius apud Manutium.

107 Gulielmi et Grut. codd. *oppugnassem*. Tum Amb. decimus sec. a 1 m. cum edd. Ro. Iens. *tametsi sine*; sec. *tametsi si sine;* primum placet. Infra Ambb. plures, Rec. et edd. vett. *lacessentem lacessisset*; et statim ed. Ro. et Iens. *ut credo*.

108 Hoc explanat Graevius: *Quum inclusum illud odium, residuum insciente me fuisset, omne repente apparuit* (quamvis) *me illud omne effudisse putaram*. Nostri vel *scientem me fugisset*, vel *insciente me fugisset* et *fudisset*, vel etiam *inscientem me fugisset*.

109 Cato et reliqui. *Corrad. Maximum fructum*, idest maximam laetitiam; vide Manut. *Graevius*.

110 Scil. apud omnes homines. *Manut. Illum inimicum*, Crassum; *et eos*, Pompeium et Caesarem.

111 Zel. A *nostrae naturae*. Naturaę sc. ab inimicitiis curisque alienae. Quum dicit *habui — rationem*, significat se in gratiam rediisse.

112 Fortasse contra Ateium; ep. CXXXI, 1; Divin. I, 16.

113 Sex nostri, Rec. et edd. Med. Iens. *mutatis*.

114 Victorius *ut navigando*.

115 Tres. Ambb. cum edd. Ro. Iens. *cum mihi*, *multum*

etiam; Amb. tert. et ed. Med. *cum mihi, tum multum etiam.*

116 Non ita perspicue sibi accidisse gratissima omnibus significaverit.

117 Amb. quartusdec. *proditorum.*

118 Schütz *ut tibi mittam.*

119 Triennio superiore scriptae, a consulatu scilicet Marcellini et Philippi ad hunc annum.

120 Sic Zel. A, Italicus Graevii et Ambb. aliquot cum Victorio et recentioribus; hoc est, noli pertimescere; reliqui *ut pertimescas*, quod Graevius defendit. Quae sequuntur constituit Victorius probantibus posteris. Libri nostri *Scripsi etiam carmina quaedam* (*nam* etc.

121 Recte hoc loco receptum *diiungo* ait Ernestius; aliquot nostri *disiungo;* cf. ad ep. CXIII, not. 3. Mox ed. Ro. *me interdum*, pro *me fere*. Infra *mansuetiores musas* vocat ea, quae scripsit Aristoteleo more in umbratili palaestra, prae orationibus, *quae in ferro atque acie versantur*, ut ait Opt. Gen. Or. 6, h. e. in foro. *Quae me maxime — delectant* reposuit Ernestius e bonis libris: olim *quae m. maxime — delectarunt.*

122 Quatt. Ambb. *Aristotelico*; tertius *Aristotelio;* Rec. *Aristoteleio;* item infra iidem nostri *Aristoteliam*, *Aristotelicam*, *Isocraticam* cum ed. Ro.

123 Lambinus verba *in disputatione ac dialogo* subdititia putabat.

124 Vulgo *ac omnem.* Reposuit Ernestius ex ms. suo, Gu. et edd. pr., iis adde Rec.

125 Dio XXXIX, 10: *Librum quemdam occultum conscripsit, cuius erat inscriptio* de suorum consiliorum ratione. *In eum multa acerba contra Caesarem, Crassumque, aliosque nonnullos, dicta congesserat, metuensque ne se vivo emanaret, obsignatum filio tradidit cum mandato,*

ne eum se superstite aut legeret, aut ederet. Ex his verbis Hen. Valesius et Graevius putant hunc esse librum, quem Cic. *de temporibus suis* dicit. Illum ipsum crediderim fuisse, qui ἀνέκδοτα in epp. XXXII, 1, et DCC dicitur. Mox Amb. quintusdec. *si edendos.*

126 Vulgo *sed quia verebar;* sed *quia* cum I. F. Gronovio, Mart.-Lag. et Schütz delevi, quod abest a cod. Rec. Lamb. *sed quia verebar — omnes nominare, non misi;* And. de Franciscis *sed eos edendos esse non putavi, quia verebar.*

127 Zel. A *habuero.*

128 Hoc membrum *Atque istam — ad te defero* Mart.-Lag. reiecit post *conferemus.*

129 Nostri aliquot et Rec. *ea, ut ante, mihi curae sunt, et.* Infra statim Vict. Lall. *vix possim.*

130 Lentuli provinciam. At quomodo ire in Ciliciam Lentulus non potuit, si Ciliciam ipsam administrabat? Forte erat tunc temporis Lentulus iu aliqua ex tribus dioecesibus Asiaticis, quae Ciliciae attributae erant (ep. DIX), vel in Cypro insula; ep. CXIII.

131 Videtur Quintus fundum aliquem in Asia emisse, quum eam provinciam administraret; ep. XXIX.

132 *Provinciam* in superiori membro omisit Mart.-Lag., in quo morem Ernestio gessit. Tum legebatur vulgo *se paraturum cum collega;* delevit extrema Ernestius auctoritate libri sui. *Parare inter se*, non *secum* veteres dicebant; cf. Victorium. Cod. Scaels. *se acturum cum collega;* Amb. quartusdec. *se pacturum c. c.;* edd. aliquot *se partiturum.* Mox Ambb. *legemque curiatam.* Tum *ferri* habet ms. Rec. ed. Ro. et Victorius. Vulgo *ferre*, quod Schütz, auctore Ernestio, delevit. Lambinus *consuli ferri opus esse, sibi necesse non esse.*

133 Rec. *sunt qui putant;* Zel. A *sunt etiam qui putant.*

134 Vel quaestorem tuum, omnium exemplo (ep.CCLXXIII, 4), vel legatum (Appianus B. Civ. I). *Cortius.* Sed hoc, SCto non interveniente, licitum non erat; ep.CCLXVIII, 1.

135 Vict. *libertatem.* Non ita bene, ut monuit Ern. Sermo est de benignitate.

136 Ex hisce verbis colligere aliquis potest, bene se habere illos libros, qui ex hac epistola tres faciunt; unam usque ad verba *certiorem te per literas* etc. § 2; alteram *quod rogas, ut mea tibi scripta,* § 8; tertiam ad finem. Verum *epistola superiore* interpretari etiam potest *parte epistolae superiore.*

137 Ernestius addendum suspicabatur *in*, h. e. *in quibus*; nam pertinet *ad literas.*

138 Reposuit Schütz, idque habent libri quamplurimi; vulgo *felicitate,* quod a Victorio fluxit, et in quo nullam vides virtutem Lentuli propriam. At videtur Lentulus, quum aequitate in publicanos usus est, eos asperius, quam par fuit, tractasse.

139 In iurisdictione Ciliciae, et in causis publicanorum. *Ernest.*

140 Cuius quaestor Rutilius Rufus damnatus est, quod cum praetore consenserit suo, ne publicani agerent in provincia sua Asia, cui Scaevola ipse solos novem menses (epp. CCIX, 5; CCLII, 12) praefuit. *Corrad.* Vide Epit. Livii LXX, 51-4. *Ipsi illi,* ait Cic., quia Scaevola integritate sua celeberrimus erat; ibid. 10, seqq.

CXLIX.

1 Verba *quod erant abs te* vulgo posita post *ubi esses*, quo loco sensum non habent, ideoque Ernestio delenda videbantur, huc transposui. Sic enim sensus fit aptissimus *vel etiam significabant bene valere, quod erant abs te*, tua manu scriptae. *Schütz.*

2 Schützius, auctore Ernestio, *me maxime delectarunt.*

3 Vulgo *Bruto datae*, quod iam correxit Manutius, et receperunt Gruterus, Ernestius, Schützius et Clericus.

4 Dialogorum de re publ. disputans, ut factum videbimus de Crasso, Antonio, aliisque in libris *de Oratore*. Amb. 16 *inducetur in a. l.*

5 Sine causa particula *ut* Ernestio videbatur insititia. Cicero enim ait, ut in libris *de Oratore* mentio fieri non poterat ab iis, qui disputantes inducuntur, nisi eius, qui notus, aut auditus esset; sic in libris *de re publ.* mentionem fieri non posse Hortensii, quia inducuntur personae, qui multo ante Hortensium natum vixerant. *Schütz.*

6 Amb. 17 et Lamb. *non potuit mentio.*

7 Amb. 16 *Pilii*, 17 *Pili.*

8 Ambb. 16, 17 et edd. vett. *duos.*

9 Scilicet Varronem.

10 Scilicet in II et III *de Oratore*, in quibus Scaevola augur, qui in primo disputaverat, non amplius disputando adest. In seq. membro Lambinus *demovi.*

11 Sic fere exorditur opus suum Plato *de Re publ.*

12 Amb. 17 *commodum.*

13 Sermo de iure, cuius apprime peritus erat Scaevola.

14 Legendum puto *cavillatorem.* Schütz. Amb. 16 *ioculatorie*; Lamb. *H. ioculatoriae disputationi senem*, etc.

15 Schütz *Piliae.* Nam Ciceronis filiae negotium nihil opus erat ab absente Attico praesenti patri commendari. Itaque agitur de negotio Piliae Attici uxoris. Hic incipere fragmentum alíus epistolae, temere hic alieno loco inclusum, idem Schütz putat. Itaque id a contextu seiunctum uncis inclusit. Nam, quum haec epistola scripta sit Kal. Octob. (infra § 4), quo modo Cicero potuisset narrare in causa Drusi iudices reiectos esse ad

V Non. Quint.? Deinde de Procilio ait, rumores non bonos esse, ut eum condemnatum iri metuendum sit. Atqui iam ep. CXLII, § 4 narraverat Procilium a. d. III Non. Quint. condemnatum esse. Ergo hoc fragmentum est ex epistola ante epistolam CXLII scripta. Haec Schütz. Ernestius nihil aliud, quam multa hic deesse suspicatus est; Lambinus sic locum concinnavit in fine: *Quicumque posthac, notum tibi, ut video. Iam intelligebamus*, etc.

16 Land. et ed. Iens. *iudiciis.*

17 Gratum aliquid faciam Tulliae propter amicitiam, quae ei cum Pilia intercedit. *Schütz.*

18 Alii *deos faciles;* perperam. Scis, inquit, quis sit iste Vestorius? Quum te et me utatur facillimis, tamen nihil difficilius ipso. *Popma. Duo* pro *duos*, antique; ep. LII, 2 extr.

19 E quibus reus factus erat propter Tribunatum. *Ernest.*

20 Quam sint corrupta. Paullo post Drusus revera absolutus fuit; ep. CXLIV, 3.

21 Legendum esse *non misi* coniecit Popma.

22 Munere dato; ep. CLVI. *Manut.* Schütz *in populum*, auctore Ern.

23 Sic ep. CLI, 2. ait: *Domitius cum Messala certus esse videbatur.*

24 Quid sit tacitum iudicium non satis intellexit ipse Ernestius. Manutius ait, fuisse quidem factum, sed non editum. Hoc sensu accipienda sunt *tacita suffragia* apud Iustinum (XXII, 3), quae scilicet feruntur in reum absentem, sententiis tamen non recitatis, recitandis vero post comitia. Cfer etiam locum de *tacito iudicio* apud eundem Iustinum, XXXIV, 3. *Ante comitia*, ne forte libera non essent iudicia, si consulibus iam creatis fierent. Hoc autem decrevit senatus, ut, qui nullo pudore prohiberentur ab effuso ambitu, largitionem omit-

terent, quum intelligerent futurum, ut irrita esset designatio, si damnati tacito iudicio essent.

25 *Omnibus*, auctore Ernestio, delet. Schütz. Coniungitur tamen recte cum *consiliis*.

26 Hoc est, *Opimius Veientina* (tribu), *Tromentina Antius*. Bosius. Merito probarunt eruditi viri emendationem Bosii; sed explicationem non possum probare, quum ex *Opimio* et *Antio* duos homines facit. Si duo diversi homines fuissent, secundum Romanam consuetudinem scripsisset Cicero *Opimius Veie.*, *et Antius Tro.* Nullum dubium Opimium Antium eundem esse hominem, qui duas tribus habuerit, alteram nativitate, alteram adoptione. *Graev.* Lambinus *Veien. Terentium tribunum pl.*

27 Corruptum *rescidit* sic Bosius emendat, et sic editur nunc in vulgus. Manutius vero et Lamb. *Res ad senatum. Res cedit* est res friget.

28 Tribunus pl.

29 Illud iudicium tacitum leviter ad populum tulissent.

30 Hic summa fuit senatorum stultitia, ut Abderitae viderentur, de quorum stupore atque insania multi scripserunt; et infra ep. CCXCVIII. *Est*, inquit, ἀβδηριτικὸν, *id est ratione carens, quasi factum Abderitarum.* Manutius. Abderiticum fuit decernere, ut de tacito iudicio lex ante comitia ferretur, et tamen comitia haberi lege illa non lata.

31 Hoc totum sic interpretare: quam lex de tacito iudicio lata esset. Si qui intercessisset, res integra ad senatum referretur. Lex coepta ferri leviter; intercessum non invitis consulibus. Res ad senatum rediit. De ea re ita senatores censuerunt. Tum Lambinus infra *haberi censere.*

32 Alii olim *patrem eius*, quod est absurdum; quia Scauri pater Cicerone adolescente decesserat. Itaque recte alteram lectionem *partem* defendit Manutius, etsi hoc insolentius dictum pro *partes.* Schütz.

33 Ne comitia consularia haberentur.

34 Sublatis obnuntiationibus a Scaevola tribuno pl., vel a quovis alio magistratu, comitia haberi poterant; tunc autem Scaurus populo per tribus satisfecerat, hoc est, nummos distribuerat, ut consul fieret.

35 Varr. Victorianae *uberior liberalitas erat, potior*, etc.

36 Qui ante dederant: ut Domitius et Messala competitores. *Manut.*

37 Restitui lectionem ed. Brut. et Lambini. Nam vulgata *rem habes nullam* sensu prorsus destituitur. Cicero iocatur cum Attico, ut supra, ep. CXLII, 7, aitque, eum sperare posse fore, ut fenus in tanto ambitu crescat. *Schütz.*

38 Scilicet multarum suffragiorum emtionum; et iocus est in ambiguo vocabulo *nundinarum*, quo dies non comitiales (nam nundinis comitia haberi non poterant) significantur.

39 *Luciscit* per *i*, non *lucescit*, semper in antiquis libris observavimus, quod etiam in Terentiano illo Politianus adnotat, de quo alibi diximus. *Victor.*

40 De Oratore.

41 Haec, usque ad verba *sed accipe alia* Malaspina, usque ad verba *in Ciliciam cogitat* Tunstallus temere in hanc epistolam translata esse intellexerunt. Nam huius epistolae, ut ait Schütz, Kal. Octob. scriptae pars esse non potest haec de Gabinio narratio. Nam is demum post VI Id. Octob. maiestatis reus, absolutus est, ut ex ep. CLIII, intelligitur. Itaque totus hic locus uncis inclusus vel est fragmentum alius epistolae, quae intercidit, vel, ut Tunstallo videbatur, transferendus est in epistolam CLVI, 1 extr. post verba *detur esse valiturum.* Ad eam ep., 2 Lambinus integrum, h. e. usque ad verba *in Ciliciam cogitat*, ablegavit. Ceterum pro *nunc*

ut opinionem habeas rerum Bosius rescripsit, *nunc ut opimiorem habeas reum;* Lambinus corrigendum putabat *nunc de Gabinio absoluto. Verum ferendum est.* Ernestius *nunc ut opinionem habeas rerum, faciendum est,* scil. mihi.

42 Quomodo, inquies, ferebat Pompeius, me in ea causa libere et constanter adversus Gabinium agere? *Bosius.*

43 Ab ipso Gabinio, qui me per summam iniuriam, dum consul esset, in exsilium egerat. *Idem.*

44 Erat enim de maiestate absolutus, sed praeterea de ambitu et de repetundis accusabatur; epp. CXLVI, 5; CLI, 1; et CLII, med. *Manut.*

45 Land. *r. est.*

46 Pompeium.

47 Sic Land.; vulgo *quaeque vita maxime est.*

48 Quam Pompeius affectabat, quamque tamen obtinere non potuit. Consules enim post interregna creati fuerunt Messala et Calvinus.

49 Quia a Pompeio, ad quem dictaturam delatum iri putabant, sibi timentes, si eius amicissimum Gabinium damnassent, absolverunt. Ep. CLV. *Manut.*

50 Nam cum ex a. d. XII ad IV Kal. Oct. ad urbem fuisset Gabinius, in eamque noctu ingressus esset (ep. CXLVI, 9 circa fi.), nec nisi decimo die in senatum venisset, Sullam fortasse potuit latere, foris illum esse, qui intus esset, credentem. Verum quid tanti erat ad nominis delationem, ut foris esset? Nihil opinor; sed hisce verbis Cicero consilium Sullae voluit indicare, qui, ut Gabinium a triumphi cogitatione deduceret, properaverit in iudicium adducere: nesciens iam tum illum spem eius abiecisse, atque in urbem ingressum. Atque haec quidem loci huius sententia videtur, non sane iacens. In libro tamen Faërni *fortis essent* scriptum

est', ubi si *fortes* emendetur, ad iudices referri possit, quos timidos idem proxime appellavit. *Malasp.* Hanc scripturam adiuvant, quae sequuntur, *sed omnes absolventur*, ut Malasp. ipse vidit.

51 Contenderunt Torquatus et Sulla, ut accusandi munus alter alteri criperet. Obtinuit Sulla; quum id ante non sperasset. *Manut.*

52 Tantum de parricidiis accipiunt Corradus et Mongaltus: sed aliter Manutius; nam γενικῶς de omnibus reis. *Olivet.*

53 Sequimur Ern. et Clericum, qui et ipsi vett. editiones sequuntur, quae legunt *iudicia*, cui magis convenire verbum *calent* indicavit Ernestius. Vulgo *indicia.*

54 Recte I. F. Gronovius (Obs. II, 8) *urbanos* homines intelligit facetos, sed per ironiam, qui non respondent in iudicio, sed abeunt in exsilium voluntarium. Vide ad ep. CCXXII.

55 Lege *est tamen.* Muretus. Sed haec ita sunt supplenda: *Et tamen aliquid est novi.* Et post *tamen* distinctio locanda. *Graev.*

56 Vulgo *ac accensum*, sed copulam Ernestius delevit, quam nec edd. vett. agnoscunt.

57 Qua cautum erat, ne quis peregrinus se pro cive gereret. Manutius suspicatur, hanc quoque legem *maiestatis* fuisse. *Schütz.*

58 *Nonne te scio, Mars, cum Paphia* Venere rem habuisse? Hunc locum sic interpretatur Schützius: Itaque dixit statim reus patrono (Gabinio) maiestatis lege absoluto οὐ σ' οἶδ', etc. Nempe iocatur Cicero, libertum, qui indignaretur, patronum suum eodem die absolutum, quo ipse lege Papia condemnatus esset, statim patrono dixisse: nonne scio te, etc., idest mecum in eodem luto haesisse? Fortasse Cicero simul hoc versiculo poëtae

alicuius sic abutitur, ut in Παφίη fiat allusio ad Papiae legis nomen. Reliquas interpretum emendationes omittimus.

59 De Allobrogibus. Quartum iam annum triumphum ad portas urbis incredibili patientia exspectabat Pomtinius; Liv. epit. CVI, 11; Dio, lib. XXXIX, extr.

60 Scaevola.

61 Scilicet latam legem curiatam de imperio ei concedendo unius diei, quo ingressus urbem posset triumphare. Sine imperio enim triumphare nemo poterat. Huius rei argumentum habes apud Livium, lib. XLV, c. 35: *Tribus his omnibus decretus ab senatu triumphus; mandatumque Q. Cassio praetori cum tribunis pl. ex auctoritate patrum ageret, rogationem ad plebem ferrent, ut iis, quo die urbem triumphantes inveherentur, imperium esset.*

62 Quia legem de Pomtinii imperio Servius Galba praetor clam ante lucem tulerat (Dio XXXIX, extr.; Liv. CVI, 11), et agi quicquam cum populo ante horam primam leges vetabant.

63 Sic Land. et ed. Ro. et Lamb. Vulgo *triumphare*. Scio tamen infinitivum praesens pro futuro alias interdum a Cicerone, an a librariis? usurpatum. Mox *cogitat*, intellige *proficisci.*

64 Sine lege curiata (ep. sup., 12; et infra ep. CLI, 2), qua populus proficiscentibus in provinciam imperium et viaticum dabat.

65 Id ipsum in ep. CXXXVI.

66 L. Paullus Aemilius, qui duas basilicas (ep. XL, 1), veterem restituit, novam exstruxit. *Manut.*

67 Eleganter, pro liberaliter insumsimus.

68 Dominis, ex quibus casae emendae erant ad amplificationem areae.

69 Amb. 16 et Lamb. *Ad quid laboramus res R.* Infra lex Coctia nulla est. Alii *Plotia*, alii *Aelia*, alii etiam *Cincia* corrigunt.

70 Ex his verbis *nunc te obiurgari* usque ad finem fragmentum est epistolae ante ep. CXLII scriptae. Hic enim primum obiurgat Atticum, quod in Asiam ire velit, initio autem epistolae CXLII, 2, ait, se iam intelligere illud iter necessarium esse. Deinde, quum haec scribebat, Eutychides nondum erat manumissus; in illa autem epist., § 1, eius manumissionem sibi gratam esse profitetur. *Schütz.*

71 Edd. Iens. et Ro. *mutabis totiens et — abesses*, Lamb. *ut ab iis toties et — abesses*, et Malaspina *ab iis* explicabat ab urbe, a tuis, a nobis. Graevius *ut abis toties et — abes.* Vulgatum concinnavit Ernestius. In seq. sententia Amb. 16 *scribis enim in ea epistola.*

CL.

1 Quod te Caesari commendarit.

2 Amb. tertiusdec. *certa quadam in s. c.* Tum idem *restitisse;* fortasse voluit *perstitisse.*

3 Abest *tuis* a sex Ambb., qui ipsi, uno tertiodecimo excepto, infra habent *interdum impiger.*

4 Sic cum Rec. tertiusdec. et quartusdecimus, etsi hic a 2 manu legat, ut vulgo, *quod a te alienissimus et.* Emendarunt iam Lamb. Ern. et Schützius. Tum septimus *subimprudens.*

5 Ad regem Ptolemaeum, ut pecuniam ei Romae creditam exigerent; ep. XCII, 1. Amb. secundus cum Vict. et Graevio *Alexandream;* vide not. 1 ad ep. XXXI. Lamb. *Alexiam.*

6 Quintusdec. *afficerer.*

7 Quinque Ambb. Zel. B et edd. aliquot vett. *te et adolescentiam tuam.*

8 Cf. cum ep. CXXXIII, not. 4; et CXLVI, 8.

9 Ernestius malebat *detulerim*, quod est verbum huius formae legitimum.

10 Vulgo *ita et accepit;* sed *et* delevit iam Ernestius, et abest ab Amb. sexto, decimosecundo et quartodec., Rec. Ernestino, Gu. et ed. Ro. Tum Lambinus *ita accepit, ut mihi — significarit, et — ostenderit.* Sine causa; nam *ita* hic, ut alias, eleganter abundat.

11 Sic cum Ern. et Schützio quintusdecimus; melius, quam Graevius *si quae*; vide not. 6 ad ep. CLXXVIII. Alii libri vitiose *et quae te res.*

12 Sextus et quartusdec. *hoc si amiseris;* et infra decimus secundus, quartus — et quintusdec. *nullum umquam.*

CLI.

1 Amb. 17 *luculenter calfecerat.*

2 Praetorem. Mox *Divinatio*, cui potissimum ex seqq. accusatoribus dicendi facultas daretur. Sic *Divinatio* appellatur illa Ciceronis *in Verrem*, in qua agebatur utrum Caecilius, Verris quaestor, an Cicero Verrem accusaret. Causam nominis Pedianus exposuit, quod non *de facto* quaereretur, sed *de futuro*. Vide Gellium, II, 5.

3 Gabinium gratia sua, et auctoritate defendendo. Favebat enim Pompeius Gabinio, ut vidimus in ep. CXLVI, 7. Aldus et Lamb. *invertit.*

4 Ludit ex ambiguo, quum periti imperatores noctu irrumpant in hostium urbes, Gabinius vero nequam tacitus noctu introïverit. Id ipsum iam in ep. CXLVI, 9. Mox Land. cum Aldo *noctu urbem — invasisset.*

5 Imperatoribus e provincia redeuntibus usitatum hoc

fuisse crediderim, ut caesorum non tam hostium, quam militum numerum in senatu exponerent. *Manut.*

6 Lips. et Gulielmus *mire haesit*, Manutius Lamb. et Tunstallus *irrepsit*, scil. in senatum. Mox Land. *summa frequentia;* aliqui corrigunt *summa in frequentia.*

7 Syriaci; ep. CXXXIV. Querebantur fortasse, quod, Gabinio Alexandriam ad restituendum regem cum exercitu contra leges et religionem profecto, praedones per eius absentiam maritima loca vastaverint, quo facto, quod ipsis debitum erat, non potuerint exigere.

8 Hoc est, acerrimi in Vatinium. Hoc dixit, quia et Pomponius publicanus erat.

9 Extra senatum.

10 Antique pro *teneo me*, quod Lambinus edidit.

11 De eius petitione consulatus, in qua Cicero Miloni, Pompeius Guttae favebat; confer ep. CLVIII, 5. *Schütz.*

12 Rufo; ep. CXLIX, 5.

13 In Vrbem? Minime, quia cum imperio erat (confer ad ep. CXLIX, 6, voc. *latum de imp.*); sed in Galliam togatam. Vide ep. CLVI, 2. *Manut.*

14 Et revera factus uterque est in annum proximum.

15 Eorum, qui participes, aut conscii fuerunt maiestatis imminutae. *Manut.*

16 Ad ep. seq., 1; CXLVI, 2; et CLIX, 7.

CLII.

1 Duo Cicerones filii; epp. CXXXVIII, CXLVI, 4 et infra § 4.

2 Aedium; epp. CXLVI, 2; et CIV, 2.

3 Hoc est, aedificationum nostrarum opus calet, urgetur.

4 Lambinus, vestigia mstorum sequutus, *sed tua paene ad tectum iam perduta res est rustica Arcani et Laterii. Praeterea.*

5 Scil. CXLVI, 1 — 5.

6 Ex Britannia; ep. CXLII, 8; et CXLIV, 4.

7 Lamb. *istud*; Ambb. *et mare iam istuc.*

8 Vid. ad epp. CXLIX, 4.

9 Ad epp. CXLI, extr.; CXLVI, 7; et CLVII, 2.

10 Candidatorum, quorum salus ideo saluti Messalae coniuncta dicitur, quod omnes eodem nomine rei erant, et a causa unius causa etiam aliorum pendere debebat.

11 Idem in ep. CXLIX, 6.

12 Fratre uterino. *Ernest.* Mox Lamb. Oliv. Lallem. *Sulla filio.*

13 *De Gabinio* videtur esse glossema. Revera Lambinus omisit.

14 Recole not. *Tres adhuc factiones*; ad ep. CXLVI, 7.

15 Amb. 17 *maximo.* Mox Schütz, ex coniectura Pighii, *frigidissimis uritur;* sed antithesis friget.

16 Consessus iudicum in varias distrahitur sententias.

17 Enixe orat iudices pro Gabinio; ad ep. sup., 1.

18 Quia exsilio multabitur.

19 Lamb. *summo studio insituitur.*

CLIII.

1 De maiestate; ep. CXLIX, 6.

2 Sensus est: sed tamen, nisi pro Gabinio intercessissent sive preces Pompeii, sive dictaturae eius rumor, ex qua maxime timebant iudices, Gabinius ne accusatori quidem Lentulo respondisset. Nam licet ineptus hic fuerit, et consessus iudicum venalis; tamen ex LXX, qui sententiam tulerunt, XXXII condemnarunt. Consule laudatum epistolae locum.

3 Duobus; vid. ibid.

4 Non is, qui postea *Uticensis* dictus fuit. Erat enim hoc

anno praetor (ep. CXLVI, 7); praetores autem in aliorum praetorum consilio iudices sedisse, non est, ut credi possit. Praeterea severus hic Cato Gabinium certe adulandi gratia non absolvisset. Est igitur alius Cato, Porcius, vel Hostilius. De C. Catone, qui tribunus pl. fuit a. DCXCVII, non licet intelligi; non enim uno tantum anno post tribunatum gerere praeturam potuit. Vidit Manutius.

5 Sic Lambinus ante Ernestium emendarat vulgatum *diruptis*. Iunius *direptis*; Manut. et Pighius *diribitis*.

6 Vict. *nonnulli, ut Sallustius, me*, etc.

7 Nam erat cum imperio, CXLVI, 8; ep. CXLVIII, 3. Vett. libri *introïsset*.

8 Par gladiatorum nobilium; hic tamen minor illo; conf. Opt. Gen. Or. 6. Libri scripti et ed. Vict. *Pacideianus*. *Auriculam ... abstulisset*, allusionem fortasse facit ad pugnam Pacidiani cum Aesernino, in qua alter alteri auriculam dentibus abstulisset.

9 Tempore, quo lex Manilia promulgata fuit, h. e. ante exsilium Ciceronis. Nam post exsilium se multum Pompeio debere saepe profitetur Cicero.

10 Legendum, ut Iunius coniecit, *alterum*.

11 Scilicet, si absolutus esset; damnati enim de maiestate exsulabant. *Manut.*

12 Gratiam relaturum, quod eum non accusassem, testimonio contentus. *Idem.*

13 Fas erat reis interrogare testes, si quando de eorum sinceritate dubitabatur.

14 Vid. ad ep. seq., 3.

15 Timebat, ne Clodius praetor fieret.

16 Land. *spectet*, quod a *bibliotheca* pendet.

17 Describi ab aliis libris; ep. seq., 5.

18 Aerario. Hac de re ep. seq., 6: *Ab aerario puto con-*

fectum esse, dum absum. Quaerere praeterea quid plane rei sit, inepti hominis esset. *Manut.*

19 Fortasse manumittendo. *De suburbano*, emendo; supra ep. CXLVI, 9 a med. *Manut.* Mox Land. *ut habeas hortor.*.

20 Romani; ep. CXLVI, 1; de Orat. I, 7.

21 Ab urbe.

22 Vide in ep. CXLIX, 6.

CLIV.

1 De re publica; ep. CXLIX, 2.

2 Minoris, qui ipsis coss. A. V. C. DCXXIV occisus est; vide pro Mil. c. 7. In ep. CXLIX, 2 post *Q. Tuberonis* additur *P. Rutilii.*

3 Qui et ipse de re publ. scripserat, sed ut philosophus ex schola, in rebus gerendis minime versatus.

4 Tribus *de Oratore.*

5 Scilicet, ore meo non protulisse sermonem, sed retulisse ad Scaevolam, Antonium, Crassum; quos omnes Cicero vidit.

6 Amb. uterque et Land. *commovi me*, quod non displicet.

7 Quae caeperam scribere; erant scilicet duo priores libri.

8 Sic disposita verba habent Amb. 16, 17, Land. et ed. Victorii. Vulgo *nec honores sitio.*

9 Intelligi non possunt versus *de temporibus suis*, qui iam absoluti erant (ep. CXLVIII, 8); nec versus ad Caesarem, quibus sponte a Cicerone susceptis commoveri satis animo debebat; sed poëma *de rebus Britannicis*, ut colligi posse videtur ex illis verbis: *Versus, quos rogas, mittam*; epp. CXLIV, 4; et praesertim CXL, 1.

10 Pertinet *ad enthusiasmum*, de quo ep. sup. 2.

11 Vidimus iam Quintum *Erigonam* scripsisse tragoediam, ep. CXLVI, 6; et *quatuor tragoedias* videre est infra, § 7.

12 Puta, Gabinium (ep. CXLVI, 7; et CLIX, 1), quem postea defendit; *partim .... defensos*, Vatinium; ep. CXLVIII, 2, 7; quam omnino epistolam recole a principio ad § 8, si vis animo percipere ea quae hic scripta sunt.

13 Vterque Amb. *desiderium tui.*

14 Tyrannio, iunioris Ciceronis (ep. CXXXVIII) praeceptor (ep. CII, 2) segniter agit; vide ep. sup. 3, ubi et *de Chrysippo.*

15 Quae epistola non exstat. *Schütz.*

16 Land. *et qui* o. *annuant debere tibi valde debere renuntiant;* Amb. 17 *et qui o. adnuat*, cetera, ut vulgo. Schütz coniecit, vel *et quidem omnia se iurat debere tibi, valere te nuntiat*, si Crebrius a Quinto Romam venit; vel *et qui o. se iurat debere tibi, valde renuntiat*, h. e. recusat pecuniam.

17 His verbis vulgo in edd. nova epistola incipitur, quam tamen huius partem esse extrema verba satis demonstrant. *Schütz.*

18 Schütz *mutueris — quaeras*, et, auctore Fr. Iunio, χρίος.

19 Recepit *ad* Ernestius ex coniectura Vrsini, et mss. regiis apud Lallem.

CLV.

1 Appia via ad aedem Martis. *Manut.*

2 Vt eam distinguat ab aliis multis, quas privati Romae habebant, ut Hortensius (ep. XXVI, 6). Ad hanc et natatum, et exercitationis causa populus veniebat. Seq. verba graeca sic cum latinis composuit Lambinus:

ἤματ' ὀπωρινῷ (cadit enim in absolutionem Gabinii) ὅτε δή γ' ἀνέρεσσι, etc.

3 Ad quam res publ. inclinat; vid. epp. CXL, 3, et CXLIX, 6.

4 T. Attium Labienum Caesaris in Gallia legatum. *Schütz.*

CLVI.

1 Ex Asia in Italiam; epp. CXLII, 2, et CLVII, 1.

2 Sensus est: timebam, ne tarde ad nos venires, quum recordabar vestes et apparatus transmissionis tuae, hoc est, discessus tui. Δέῤῥεις addidit Victorius ex mss.; Lamb. *Derris*; sed uterque urbem esse (Plin. IV, 10) existimabat.

3 Vxorem Piliam, opinor, et Pomponiam sororem, Quinto Ciceroni nuptam. Nam Caecilia, Attici filiola, nondum nata erat, ut cognosci potest ex ep. CCXX, 4.

4 Aliqui dies concedendi sunt suavissimae Vestorii consuetudini.

5 Latinus sermo Atticam proprietatem et suavitatem redolens. *Regustandus*, quia tam longo intervallo graeco sermone usus erat.

6 Sic recte Michaël Brutus, hoc sensu: illius nostrae rei publ., cuius formam in libris de re publ., qui sunt in manibus (ep. CLIV, 1), describo, germanam sororem. Hoc autem ironice, pro dissimillimam. Ernestius Gruterianam, immo Bosianam lectionem expressit *rei publ. germina*, etsi, ut ipsemet fatetur, vitiosam. Hervagius *advolas, sedem invisis — germanae*; edd. vett. vitiose *a. sed invisis — germane*; Lambinus *et invisis — rei publ.* γεράνδρυον?

7 Vncis inclusa corrupta sunt, et aliunde assuta; nisi forte cum iis, quae in ep. CXLIX, 6 alieno loco po-

sita vidimus, transferenda sunt. *Schütz.* Hervagius sic: *Putavi* DC *nummis divisis palam iri a. G. Detur etiam valiturum*; Lamb. *peti vides, numis — palam: vides absolutum G.*

8 Num futurus sit consul; ep. CLI, 2.

9 De ambitu; vid. ibid.; et ep. CXLIX, 5. Nam de repetundis iam fuerat absolutus; epp. CXLIX, 5; et CLI, 2. *Manut.*

10 Curulis an. DCXCIV. P. Lentuli aedilitatis magnificentiam imitatum esse Scaurum docet Plinius (l. XXXVI, c. 15) adeo, ut in ea opes suas contemserit, et insuper magnum aes alienum contraxerit. Vide Pedian. in arg. pro Scauro.

11 Multum valet apud rusticas tribus memoria patris illius M. Aemilii Scauri. Hic porro cum Mario, viro sua aetate plebi carissimo, communicavit gloriam de Cimbris Teutonibusque superatis. Edd. vett. et Vict. *memoriam.*

12 Intelliguntur candidati consulares, Domitius et Memmius, contra binos patricios. De quibus iam multus in multis epistolis supp. CXLI; CXLII, 7; CXLVI, 7; CXLIX, 5; CLI, 2, sermo fuit.

13 Schütz ex ingenio *adiuvetur etiam gratissimo m.*

14 Quos ad suffragia ferenda Romam saepe venisse ex castris auctor est Dio XXXIX. De Memmio apud Caesarem gratioso epp. CXLII, 7; CLI, 2.

15 Gallia Transpadana, in qua Pompeius Strabo, pater Magni, coloniis ius suffragii dederat. *Popma.* Mureto scribendum videbatur *gratia;* id, quod Hervagius habet; Schütz, item ex ingenio, *tum eius Gallia.*

16 In Galliam citeriorem, ut ep. CLI, 2. *Catone — absoluto*, quum Cato, qui a. DCXCVII (epp. XCIII — XCVI), tribunus pl. in causa fuit, ut comitia in annum

venientem ducerentur, absolutus sit. Huc ablegat Lambinus caput sextum ep. CXLIX, hoc modo: *Catone praesertim absoluto. Nunc de Gabinio absoluto, verum ferendum est. Quaeris ergo me ut gesserim — in Ciliciam cogitat. A Quinto fratre.*

17 Ed. Ro. *A Q. f.*

18 *Proximo* vel delendum est, vel legendum *proximis*, scilicet, litoribus. Manutius accipiebat sic, ut pro *proxime* dictum, ad literas proxime acceptas referretur. In Gronoviana coniungitur cum seqq. sic: *proximo a. d. VII.* Schütz.

19 Faërni liber *ex B.*, Antonianus cum Lamb. *e B.*, bene. *Reportabant*, h. e. Q. frater et Caesar reportabant.

20 Quaestor, aut frater, aut propinquus Piliae Attici uxoris; ep. CCXXIII, 2.

21 Ex Faërni libro; nam ceteri vitiose *amor — noster* legunt.

22 Si verum dixisti, si praestes quod promisisti. Infra Lambinus sine necessitate *prope abesse iam d.*

CLVII.

1 Verba *Puto te existimare* usque ad *committamus* videntur alius cuiusdam epistolae. Nam quum Atticus iam esset in Italia (ep. sup. 1, et hac ipsa extr.), et Cicero eum quotidie Romae exspectaret, ineptum fuisset ei exponere, cur neque in Epirum, neque Athenas, neque in Asiam literas daret. *Schütz.* Ego vero Ciceronem inepte fecisse in hoc non video.

2 Pronomen *eae* addidit Bosius ex Decurt.

3 Aldus et Hervagius *committamus, ne dum cuilibet. Consules*, quod ex coniectura esse videtur. Sunt qui cor-

rigunt *ne lepidum quod excidat*, pro ne aliquid lepidarum rerum spargatur, et aliis innotescat; alii *lepidum, quo res cadat*, vel *res cedant. C. flagrant infamia*; conf. ep. CLII, 2.

4 Additum *et* et rescriptum *fecissent* ex codd. Malaspinae. Antea *ipse suus — fecisset*; quorum ultimum tamen nihil est, quod improbemus.

5 Et hoc a Malaspina; aliorum libri *ut*. Mox edd. Iens. Min. et Aldi *HS quadraginta*.

6 Nisi iidem competitores Memmius et Domitius Calvinus tres augures stitissent, qui testes dicerent, etc. Quum lex ad populum ferebatur, inquit Manutius, aderant necesse erat, qui dicerent, licere per Iovem legem ferri. Tres autem plane, quum *lex curiata* ferebatur, quia xxx Curiae tres veteres Tribus repraesentabant. Veteres autem Tribus suum quaeque augurem habebant. Memmius et Domitius consulatum in annum venientem affectabant, consules autem huius anni Appius Claudius et Domitius Ahenobarbus functi magistratu provinciam expetebant; hinc illi duo pacti sunt, si consulatum obtinere ipsis liceret, se daturos ex lege curiata, vel ex SCto provinciarum administrationem consulibus; vel si hoc non possent, HS quadragena.

7 Augures igitur pretio erant adducendi, ut latam mentirentur. Non licebat autem sine curiata lege militare imperium in provinciis habere (epp. CXLVIII, 12; CXLIX, 6). *Manut.* Haec autem verba intellige dicta a Cicerone, non quae in pactione essent, ut et illa, quae sequuntur, *quum omnino ne senatus quidem fuisset.*

8 Hervagius et Lamb. *et duos*, non necessario.

9 Quae consulibus magistratu functis adtribuendae erant. *Scribendo adfuisse*, scilicet senatus consulto nomen suum apposuisse, quo iis provinciae traderentur.

10 Verba opponuntur rebus; eae sunt in *nominibus, perscriptionibus, tabulis multorum.* Ernestius. *Nomina* proprie dicuntur de huiusmodi debitis, quae sine usuris contrahuntur. *Perscriptiones* sunt, ut nunc loquuntur, assignationes ad trapezitam, seu mensam; *Tabulae* autem, hoc in loco, libri rationum (Rosc. Com. 1) in quibus pecuniam mutuam sine fenore datam, vel acceptam scribebant. Itaque competitores nomina fecere suis, et consulum Appii et Ahenobarbi libris; deinde apud argentarios pecuniam eandem consulibus assignavere, ut ab illis acciperent, ipsique argentarii fidem adeo suam pro pollicentibus obligarent; denique aliorum multorum in libris fecere, ut ea res scriberetur, quibus testium loco uti possent, essetque adeo, ut Cicero alibi dicit, multorum tabulis testata. Ita omni ratione cautum consulibus erat. Herv. *sed et nominibus et praescriptionibus.*

11 Nominibus Memmii et Domitii ex libro delctis.

12 Ita non commovebatur, quasi nihil turpe commisisset. *Manut.* Ep. DCLV, 2: *Si mehercule Appii os haberem, — tamen hoc sustinere non possem.*

13 Consul nempe, Domitius Ahenobarbus.

14 Ep. CXLVI, 7. Lib. Land. cum Aldo et Hervagio *concione.*

15 Quia suo consilio contra Domitii voluntatem eam pactionem in senatu recitarat. *Victor.*

16 Vt faveret Pompeio, qui eam affectabat (ep. seq. 3). Haec sunt partim e vestigiis codicis Octavii Pantagathi, et partim e coniectura Faërni, Corradi, Malasp. Lambini et M. Bruti. Priscae edd. *concitare dictaturam. Iustitio*, quasi iuris statio, hoc est, quum iurisdictio intermittitur. Iustitii tempore non solum ius intermittebatur, sed etiam publicorum munerum cessatio erat. Vide Tacit. Ann. I, 16 et 50; et II, 82.

17 Suspicor scribendum esse *et lude contemtionem S. p.*

18 Intelligunt Syriam, vel Ciliciam. In utraque est urbs Seleucia. Bosius e mss. suis edidit *Silicianae*. Ernest. Alludit ad praetermissionem provinciae, de qua in ep. XIV, 3, et alibi. Mox edd. Min. Aldi, Herv. *et meam hercule;* Lamb. *et mei hercule.*

19 *Hiberna* sunt castra, vel certe loca, in quibus legiones hieme stationem faciunt. Fecit itaque Q. fratri Caesar copiam eligendi locum, ubi hibernaret. Accepit autem hiberna in Nerviis; ep. seq. 2. Haec correxit et explanavit Ernestius; vulgo *hibernam legionem*, cod. Land. *hibernam regionem.* In seq. membro noster septimusdec. cum Lambino *ut ad me Q.* (h. e. Quintus) *scribit.*

20 Optimatum.

21 Vel delendum *ne*, vel legendum *nonne scripseram?* visum est Ernestio. Hoc Attico Ciceronem scripsisse non reperi; utique vero Q. fratri. In seq. membro cod. Land. *extra urbem me.*

22 Vt ex me ipso audias. *Ernest.*

23 Vt ibi habitet, vel doceat.

24 Forte melius *accedet.* Ernestius.

25 Vulgo *tu si me amas.* Sed *tu* delevit Ernestius, quod absit ab edd. Iensoni, Ascensii, Aldi, Crat. Herv. Bene; abest etiam ab Amb. 17 et ed. Minutiani. Vnus Lambinus, nescio quare, *adveniens ad me venies, tu si,* etc.

CLVIII.

1 Haec pendent a sup. *nihil est quod respondeam.*

2 Vrbis, ut de Trebatio dixit ep. CXXXV.

3 Discidio nostro.

4 C. Caesaris.

5 Plura facienda sunt propter spem futuri boni, quam

spem pecuniarum, aut pecunias ipsas, quas per legationem consequi potuissemus. Reliqua omnia, ut pecuniae, facile pereunt et comparantur, ut sit quod perdere possimus. *Ernest.*

6 Mss. regii et Land. *quam petimus, r. ad iacturam reserventur;* quod Lallem. recepit.

7 Galliae populi, apud quos hibernabat Q. frater.

8 Ob legatos cum legione, et cohortibus caesos (Caes. B. Gall. V, 24) explanat Manutius; potest locus intelligi de morte filiae, quemadmodum explicavimus in not. 73 ad epistolam CXLVI: est enim in his duobus locis de una eademque re sermo.

9 Illud, de quo iam in epp. CXL, 1.

10 Dierum xx, ut Dio XXXIX, 53; et Caesar B. Gall. IV, 39 narrat, Caesari decretorum, ob res bene in Britannia gestas.

11 Scilicet accusationis (ep. CLI, 2). Non autem absoluti sunt, ut Manutius putabat; sed ne accusari quidem potuerunt, quum propter supplicationes iustitium esset. *Schütz.* Per illud *reliquosque* intelliguntur tres alii candidati consulares, de quibus in epp. cit., et CLVI, 2.

12 Ad ep. CLVI, 2.

13 Ep. sup. 2 med., CLIII init. *Iniucundus bonis*, ob Sullanae crudelitatis recordationem.

14 De dictatura, et de futuro dictatore Pompeio.

15 Fieri dictatorem.

16 C. Hirrus Lucceius, hoc an. tribunus pl. *Auctor*, dictaturae promovendae.

17 Me usus est, ut Crassum Iunianum a dictatore proponendo deterreret.

18 Oratione, quam de scripto recitavit, sed a me scripta. *Ernest.*

19 Lex scilicet de dictatura a satellitibus Pompeii.

20 Soli magistratus postulabantur de ludis. Milo autem magistratus non erat.

21 Vncis inclusit Schützius.

22 Nempe, quia Milo hos ludos non ut ipse aedilis, sed ut heres eius, qui in aedilitate mortuus erat, atque ut magister eius hereditatis dabat. *Schütz.*

CLIX.

1 Scilicet, a te. Voluerat Quintus fratrem eius defensionem suscipere in Caesaris, Pompeii (ep. CLII, 3; CXLVI, 7) gratiam. *Ernest.* Frater vero non suscepit propter ea, quae scripsit in epp. CLIII, 1 extr., et CLIV, 4.

2 In ep. CLIII, 1.

3 Scilicet absolutus est Gabinius etiam de ambitu. Vide ad ep. CLIII, 1 init.

4 Land. et edd. vett. usque ad Vict. *lenissime tuli.*

5 Land. *stomacer.*

6 Me; angit autem, quod in petitione consulatus contrarium habet Pompeium. Ep. CLI, 1 extr. *Satis est, quod instat de Milone;* confer etiam ep. sup. 5.

7 Apud Caesarem, et exercitum eius; nam et suffragatio militaris in comitiis multum valebat; epp. X, 2; CLVI, 2; et pro Mur. 18, 19.

8 Numerum hunc esse iusto minorem iam vidit Lambinus, qui emendavit *ccc*ɪↄↄↄ. Eum sequitur Schütz.

9 Recte sic Manutius, Lamb. Ern. et Schützius cum Cler. Vulgo *considerantiam;* quod corruptum esse etiam Vict. et Vrsinus viderunt.

10 Nolueram te interpretari de timore meo circa res nostras domesticas.

11 Land. *In publica.*

12 Intellige, comitia habebuntur, et his comitiis factus erit consul. *Sine iudicio,* h. e. accusari non poterit de ambitu (ep. CLI, 2); sed statim consulatum inibit; *si per dictatorem*, etc. Quod verum fuit. Nam Messala post plura interregna mense Quintili A. V. C. DCC tandem cum Domitio consul creatus est. Post consulatum A. DCCII de ambitu accusatus est, et defendente Hortensio absolutus (ep. CCII, 1). Restat videndum quare Messala iudicium de ambitu esset devitaturus, si comitia per interregem haberentur, et contra, in iudicium vocandus, etiamsi sine periculo, si per dictatorem. Primum, puto, quia in interregno iudicia silebant; alterum, quod nec Pompeio (nam is dictator praedicabatur; ep. sup. 5) Messala, neque ulli invisus esset.

13 Qui Messalae frater uterinus erat. *Manut.*

14 Hoc est, fiet exemplum reis, se posse impunitatem scelerum obtinere.

15 Comitia haberi volebat, et reiiciebat dictaturam.

16 H. e. pauca habeo mancipia.

17 Vatinius literis Roma ad Caesarem missis, quaecumque diceret, ageretve Cicero, tamquam explorator significabat. *Manut.*

18 Poëma ad Caesarem, de quo in ep. sup. 3.

19 Tragoediae; ep. CLIV, 7. Haec, et cetera venuste dicta, sunt e correctione Victorii.

20 Ante haec verba quaedam intercidisse manifestum est. Sensit iam olim Manutius. *Schütz.*

21 Villae alicuius Quinti fratris, fortasse in Laterio, de quo in ep. CLII, 1; ibi et *de Arcano* illius praedio. *Caesaris opus est*, scilicet magnificentia Caesaris dignum. Conf. ep. CXLVI, 1. *Nilus*, genus aquaeductus, qui aquam in privatas domos, vel in piscinas deducebat.

Sic fortasse dictum Manutius ait, quod diversis partibus conflueret, ut Nilus septem ostiis in mare.

22 Idest hominis diligentis et expediti, ut erat Philotimus (ep. XXX), non tardi, ut Diphilus; ep. CXLVI, 1.

23 Scilicet, nos heredes fecisse ex uncia singulos. *In unciis* intelligo *duabus*, quot erant Cicerones. Schütz auctore Lambino *de unciis*.

24 Tuum; ep. CLII, 4. *Magistris*, duobus Tyrannione grammatico (ep. CXI), et Paeonio rethore; ep. CLII, 4. *Manut.* Annorum XIII erat.

25 Schütz delevit *Pomponia*, quod glossema esse iam Manutius suspicatus erat. Potest aliquibus *mater* contra videri glossema.

26 Ob aedium contiguitatem; ep. XXX extr.

CLX.

1 Rec. et duo Ambb. *M. C. C. Numatio;* et praenomen quidem *Caio* ante Munatium habent edd. vett. cum Vict. Lamb. Manut.

2 Fortasse exsilii. *Schütz.*

3 Ed. Man. *iis nostris temporibus;* accipe autem de exsilio Ciceronis.

4 Idest veram, et quam ep. CDL, 1 *fidelem* vocat, non fictam, atque simulatam. *Bern. Rutil.* Delevit *bonam* Lambinus.

5 Putant aliqui Munatium tum fuisse in Macedonia.

6 Amb. 12 *de se se.*

CLXI.

1 Vocem *Procos.* abundare suspicatur Manutius, quum in urbe fuisse Philippum, ac proinde deposuisse imperium

constet ex seqq. *si Romae te vidissem.* Abest revera ab aliquot Ambb. et edd. Iens. Min.

2 Asia, in qua negotiabatur L. Oppius, qui in ep. DCLXX, dicitur negotiari *Philomeli.* Philomelum autem Asiae urbs est (ep. CCXXII, 1). Praeterea L. Egnatii, qui cum Oppio hic coniungitur, Asiatica negotia nominantur in ep. DCLXXII. Vidit Manutius.

3 Graevius ex Hitt. Pal. sex. et nonnullis aliis *Quod si Romae fuissem te vidissem, coramque.* Edd. Vict. Gebhardi et Grut. *quod si Romae: te vidissem, coramque.*

4 Hoc est, in tua provincia degens. Mox unus Lamb. *curae fuissent*, contra morem Ciceronis.

5 Abest *summa* a cod. Recal.

6 Schütz, auctore Ernestio, *nisi quod illud.* Mox adverbium *certe* abest ab Ambb. tribus.

7 Ed. Minut. *existimes.*

8 Hic quoque particula *ita* redundat, ut aliis in locis, de quibus in indice, sed non sine gratia.

9 Sic primus Lambinus, tum vero Ernestius ex ingenio, et sic habent codd. Zel. B et Rec. Olim *posset.*

10 Ita volebat Graevius ex suo sec. cod., et rescribunt post Ernestium recentiores. Olim *quid.*

CLXII.

1 Videtur Culleolus Illyrio praefuisse, quia nominantur *Bulliones* Illyrici populi. Quod si ita est, praefuit ante primum Caesaris consulatum. Nam Caesari primum consuli (A. DCXCIV) Galliae utriusque et Illyrici administratio mandata est. Nec vero post Caesarem Culleolus in Illyricum ire potuit. Nam vivo Pompeio epistolam scriptam esse constat. *Manut.*

2 Eundem, qui historiarum scriptor erat (ep. CVIII), pu-

tat Corradus. Vox *meus* abest ab Amb. 7 et 13, et a Rec. At edd. vett. *meus familiaris*, vel *meus familiarissimus*. Delevit vocem primus Victorius.

3 Rec. *ostenderant.*

4 Pecuniam Lucceio debebant. *Manut.*

5 Edd. Minutiani et Vict. *illud.* Adverbium *ita*, quod statim sequitur, *ita sciunt — ita — intellexit* abundat; vide Ind.

6 Ed. Min. *idque ut experiatur*; Rec. *id ut experiantur.*

CLXIII.

1 Vna ed. Ro. addit *proconsuli.*

2 Commodum fecisse.

3 Edd. vett. cum Lamb. *saepissime.*

4 Abest coniunctio *quum* ab ed. Minut.

5 Amb. 12 *ut quae.* Mox *deincepsque* dedit Ernestius, et habent mss. Gu. 1 et Amst. At edd. vett. *deinde quae*, pro *deindeque.*

6 Intellige *beneficium.*

7 Cod. Rec. et ed. Minut. *scripseram.*

CLXIV.

1 Non *procos.* sed *proq.* scriptum fuisse suspicatur Benedictus. Sed et *Curius* hic, qui fuerit, ignoratur; esse M'. Curium anno DCXCI quaestorem, et DCXCIII tribunum pl. putat Ernestius.

2 Graevius *consueverit*; cod. Rec. *consuerat.*

CLXV.

1 Haec verba pendent ab inscriptione, ut in ep. LXXV, scilicet a voce illa *Iurisconsulto*: te ICtum dixi, nam

hoc nomine cur te non appellem nescio, etiamsi iurisconsultus valde non sis. De eo in ep. CLXXXII, 3: *L. Valerium ICtum valde tibi commendo; sed etiamsi non est ICtus.* Hinc illa *audacia — liceat uti.* Amb. 2 *iurecons.*

2 Spintheri, Ciliciam hoc anno administranti. Cur noster appelletur, vid ad ep. CCCXXXVI.

3 Commendatitiis. *I. Fr. Gronov.*

4 In Cilicia. Iurisperiti provinciarum praesides consilii causa nonnumquam sequebantur. Sic Trebatium Cicero secum ducere volebat, quocumque exiret; ep. CXXXIII.

5 Significat eum ibi esse, ubi nulli sint alii ICti. *I. Fr. Gronov.*

6 Codices fere omnes et edd. vett. *istinc nunc veniunt;* sed ex trib. Pall. Grut. et Stevv. delevit Gebhardus.

7 Iocus leviter pungens Valerii imperitiam, quod eum nemo consuleret. Nemine consulente neque ille respondere poterat. Sed *superbus* dicitur quasi respondere consulentibus dedignaretur. Hinc *contumeliosum*, quod statim sequitur, accipe pro *imperito*, *indocto*, ut vidit Manutius. Similis iocus est in ep. CXLVII. *Respondere* solemne verbum de ICtis de iure interrogatis.

8 Schütz praeeunte Mart.-Laguna *quod male*, deleto *respondeas;* quod tamen recte iteratum mihi videtur.

9 Amb. 13 *fac quamprimum venias;* non inepte.

10 In qua forte natus, aut versatus est.

11 Quod si Romam, inquit, venies, erit, qui te salvum venisse gaudeat, in Apuliam nemo; nam ibi neminem, qui te cognoscat, invenies. Nihil muto, sed non displicet lectio veterum editionum legentium *salvum te v.*

12 Amb. 14 *cognosces tamquam Vlysses tuorum*, etc. *Tamquam Vlysses*, qui dormiens a Phaeacibus in litore Ithacensi expositus, mox experrectus patriam non agno-

vit; Odyss. XIII, 188. Probabiliorem hanc interpretationem a Manutio mutuati sumus.

CLXVI.

1 Tres ex Scribonia gente Curiones, avum, patrem et filium meminit Cicero in Bruto 32, 60, 81, et vetus interpres in Arg. in Clodium et Curionem. Et quidem de duobus ultimis mentio est in epp. XIX, 6 et CII init. De filio hic agitur, qui per id tempus quaestor erat in Asia. Quod quum ex ep. CLXXVIII, 1 cognoscitur, tum ex eo, quod tribunatum pl. postea gessit A. DCCII (epp. CCVI, 1; CCX, 2; et CCXXVII, 4). Huius audaciam, facundiam, et perditam voluptatibus vitam egregie expressit Velleius lib. II, c. 48. Victorius praenomen *C.* semper omittit.

2 Tertius, sex. et sep. cum Rec. et edd. vett. *praesertim quod*, et mox eaedem edd. vett., praeter Med., *te desiderare.*

3 Lamb. *mihi quidem illum.*

4 Deletam a Victorio praepositionem *in* restituit Ernestius ex suo ms., habent nostri 6, 13, 14 et 15, Rec. et omnes priscae edd., et postulat latinitas.

5 Restitui *ad* ex Ambb. omnibus, Rec. et edd. vett., una Ro. excepta. Man. Herv. *terve summum.* Vide indicem Lat.

6 Quintusdec. et ed. Minut. *in scribendo*; quod tamen neque fert latinitas, et natum est ex sup. *in scribendo impiger.*

7 Edd. Ro. Iens. Lamb. *doleo.*

8 Vocem *tuae* addidit tacite Schütz; ego recepi quod eam habent Iens. Minut. et Lambinus, et latinitas postulat.

9 Vna ed. Ro. *assecutus*; et in fine membri quintusdec. cum Manutio *respondet.*

10 Manutius, Lamb. Gruterus non sine antiquis libris *confirmatus*, quod tamen non aeque commodum videtur. *Conformatus* est, talibus moribus institutus, tali animo in re pub. praeditus; quae ex administratione provinciae sumere potuit.

11 Tempore furoris Clodiani. Recole ep. XXIV et seqq.

12 Graevius, cui duo Ambb. favent, *ulla numquam*; sed hanc formam Ernestii aures non tulerunt.

13 Schütz *fiant*, quod Ernestius coniiciendo corrigebat, propter praeteritum *potuisse*.

14 Id nimirum inter cetera significat, quod est in Antonium, Phil. II, c. 18. *Bern. Rutilius.*

CLXVII.

1 Ed. Ro. *C. Trebatio.*

2 Ad Caesarem in Galliam; epp. CXXXIII et CXL, 2.

3 Interregnum est *intervallum regni*, aut tempus illud, quo imperium rege seu magistratu vacat; Liv. V, 31. *Funcius.* Itaque interregni tempore iudicia iacebant, ac proinde nihil opus erat ICtis. Quot interregna fuerint hoc anno ante, quam Calvinus et Messala consulatum inierint, docent Dio et Pedianus; quorum primus urbem sine magistratibus per sex menses fuisse scribit lib. XL, 45; alter autem interregni dies haud plures quinque fuisse tradit. Sunt igitur hac ratione sex mensibus interregna XXXVI. Obiter notandum interregem non nisi patricium fuisse, a solis patriciis senatoribus prodi solitum (Cic. pro Dom. 14, Pedianus in Milonianae arg.), et comitiorum habendorum causa creatum. Vide Manut. Nomen retinuit in libera re publ., quod olim acceperat post mortem Romuli in interregno.

4 *Unde petitur* dicebatur is, a quo pecunia in iudicio

tamquam debita petebatur. Non enim *unde petitur*, et *debitor* idem sunt. Nam quia vel interdum non debita pecunia petebatur, vel petebatur ante, quam esset coepta deberi, propterea debitor dici non semper poterat is, unde petebatur. *Manut.* Erat propria ICtorum forma, itâque appellabatur ad differentiam alterius, qui *petitor*, sive *actor* dicebatur. Vide Gronov. *Observ.* IV, 11.

5 Est et hoc loquendi genus ex ICtorum schola. Proprie enim unde petitur *postulare advocationem* dicebatur, quum, postquam petitor actionem edidisset, peteret a Praetore tempus deliberandi velitne stare iudicio, an facere, quod petitor postulabat. Hoc tempus ideo dicebatur *advocatio*, quia tum amicos suos convocabat, cum quibus deliberabat is, unde petebatur, num vellet causam excipere ac iure experiri, necne. Hi dicebantur *advocati* proprie, et tempus *advocatio*. Senec. Prooem. lib. IV. Controv: *Tanta illi perturbatio fuit, ut* advocationem *peteret.* Hinc *advocatio* pro quavis mora (vulgo *proroga*). Sen. Consol. ad Marc. 10; et Plin. epist. V, 8. *Graev.*

6 Pronomen *tibi* a duobus nostris, Zel. B et aliorum plurimis abest.

7 Scilicet *tandem*; post tuas fatuas ac rabiosulas literas; ep. CXLVII. Minus recte nostri 6 et 15 abiurant *iam*; unus 2 *iam te.*

8 Ludit in *signorum* significatione duplici. Nam signa et *indicia* sunt, et *statuae*. Trebatium autem iocari dicit esse signum bonum, immo melius, quam signa omnia, quae in Tusculano habebat, quia eorum emtio aes alienum illi conflaverat (ep. CXXIV, 1). Iocus tamen friget.

9 Lamb. *quam quae in meo.*

10 Noster 6 *quid sit ibi.*

11 Ludit in ambiguo *consuli:* primum significat *consuli te*

tamquam ICtum, alterum *rebus tuis consuli*, h. e. commoda tua promoveri. Cf. ep. CLXXI.

12 Sex Ambb. Zel. A, Rec. *istud desiderium.*

13 Man. et Lamb. *sin ista.* Mox Amb. 6 *sunt in mora.*

14 Sic recte scribitur in melioribus libris. *Briva* enim, et *Briga* (Germ. *brück*) sunt antiqua vocabula gallica, quae *pontem* significant; hinc *Samarobriva* est pons Samarae fluvii, qui per illam urbem transit. *Samara* est fluvius, qui Ptolemaeo *Phrudis*, in Notitia Imperii *Sombrica* dicitur; hodie *la Somme*. Graev. Libri plurimi *Samarobrinae*.

15 Amb. 14 *sed si d.*; melius Manut. *sin frustra diutius.*

16 Laberius poëta fabulis scribendis mordax (ep. DCXLVI Macrob. Sat. II, 7). Itaque *Laberium pertimesco*, est timeo, ne Laberius mimum aliquem in scenam perducat, in quo ridicula sit persona ICti Britannici; hoc est, tui, qui iurisconsultus militiam, et quidem frustra, gesseris in Gallia. Infra *Valerium*, ICtum facetum, ad quem est ep. CLXV. Sensum explicat Ernestius: Etiam Valerius, etsi mediocris ipse homo, tamen in te iocabitur, et te ridebit.

17 Lamb. *Haec non rideo.*

18 Libri plurimi scripti et excusi vett. *tibi haec.*

19 Intellige laudem ICti boni et egregii. *Ernest.*

CLXVIII.

1 Quia Curioni patri filium reconciliavit Cicero; *clarissimo*, quia Curio consulatum gessit an. DCLXXVII, atque eloquentia (Brut. 60), et rebus gestis in Macedonia A. DCLXXXI claruit.

2 Reversum ex Asia. *Manut.*

3 Dedi *e vita* ex tribus Ambb. et Rec., quod etiam Grae-

vio placebat; vulgo *a vita;* Lambinus *e vita decederet*, quod cod. Scaelsianus habet.

4 Ambb., praeter 7 et 14, *dei.*

5 Edd. Ro. Iens. Man. Lamb. *cui carus;* et mox eaedem *periucundus.*

CLXIX.

1 *Rupa* nomen esse alicuius liberti, quem Curio Romam misisset, ut in funere patris sui (ep. sup.) ludos gladiatorios populo promitteret, iam vidit Victorius, qui primus vulgatum olim *nuper*, vel *nempe* mutavit in *Rupae.* Victorianae correctioni favere deprehensi postea sunt codd. Graevii, Amstel. et nunc Amb. sec.

2 Hic *munera* appellat, quae in ep. CXXVI constanter *ludos* appellavit.

3 Vt si consilium nostrum probares, mutare sententiam posses. Verebatur Cicero, ne muneribus dandis aeris alieni plurimum Curio contraheret, eoque coactus, omissa rei publ. causa, cum improbis civibus maximeque cum Caesare societatem bonis exitiosam coïret, quod ita contigit (ep. CCXLII, 3). *Manut.*

4 Mss. multi *Meam quidem sententiam*, vel *Equidem sententiam meam.*

5 Sic Vict., quocum Amb. septimus facit. Vulgo *ad eam*; quae vox, cui referatur, non habet; habet vero si aliam lectionem, quam a nonnullis codd. repraesentatam diximus, reponas *meam quidem sententiam*, nempe *sententiam.* Sensus est: ne habeas quicquam cogitati ad respondendum ad ea quae mihi essent dicenda.

6 Schütz, auctore Mart.-Laguna, *et ut imparatum*, quod nihilo melius valet vulgato. Noster sext. *in provincia te offendam*, *coram.*

7 Amb. decimus sec. *istam meam rat. d.*, quintusdec. *istam tuam rat. d.* Zel. et ed. Min. *istam rationem tuam meam d.;* ex quibus omnibus aliqui fortasse edendum curabunt mecum et cum Schütz et ed. Iens. *istam tuam rat.*, *meam dicam.*

8 Nostri aliquot cum edd. vett. *tuum consilium.* Infra unus Lamb. *breviter tamen sic;* Zel. A *brevi sic.*

9 Quum pauci iam, qui spectaculis allici non poterant, omnia tenerent, et Caesaris potentiam Pompeius adiuvaret.

10 Intellige magistratus; quos Curio animi et corporis sui ornamentis facilius obtinere poterat, quam ludorum editione. Ambb. Rec. et edd. vett., praeter Med., *sunt in re publ. amplissima.*

11 Possibilitatem, sive facilitatem illorum edendorum.

12 Qui non.

13 Ed. Ro. et Amb. 12 *quoniam ingredior*; at tertius, sext. sept. quartusdec. et ceterae antiquae edd. *qui ingredior.* Mox tertius cum Zel. A et ed. Iens. *ad explicandum*, ut in ep. XVIII, 1, et CLXXVI extr.

14 Propric passive dicitur. Est enim idem ac *exspectatum esse*, vel *exspectari;* uti *esse in vitio* (Off. 1, 7) pro *vitiosum esse*, *esse in honore* pro *honoratum*, *esse in armis* pro *armatum.* Cort.

15 Amb. tert. *ut debes esse*, quemadmodum legitur in ep. CC *eo sis animo, quo soles esse.*

16 Dupliciter dictum et de ludis, et de officiis in rem publ.

17 Sec. septimus et decimus sec. *profecto cognosces.*

CLXX.

1 Ed. Ro. *C. Trebatio.*

2 A Gallia; ep. CXXXIII.

3 C. Vibius Pansa, qui consul amisso in Mutinensi praelio exercitu occubuit an. DCCX; ep. DCCCXXXIII. Et ipse Epicureus erat; ep. DXXIII, 1.

4 Te sectam Epicuri adamare, idest, te omnia referre ad tui ipsius utilitatem. Erat enim dogma Epicuri, sapientem omnia facere *propter se*. Qua sententia abutebantur, qui se iuvabant damno et publico et alieno; ep. CCXLIX, 2. *Gron.* Breviter sed dilucide ipse Cicero Epicureorum doctrinam describit pro Sext. c. 10.

5 Mollem civitatem nequitiaeque deditam. Horat. Serm. II, Sat. IV, 34:

Pectinibus patulis iactat se molle Tarentum.

Manut. *Non Samarobrivam*; ubi sunt homines duri ac feroces. Multi libri *Samarobrinam;* vide ep. CLXVII, 2.

6 Lectio nominis incerta. Graevius dedit *Scius*; at mss. multis partibus plures *et Titius*, *Eticius*, et *Euticius*; unus nostrorum *Ethius*; et decimus secundus in marg. *alii Atticus.* Manutio placebat *Titus*, quod Benedictus recepit, ut intelligatur T. Pomponius Atticus.

7 Est enim iustitia virtus extra se patens, et magis consulens aliis, quam sibi (Arist. Eth. V, 3). Quomodo poteris retinere auctoritatem, tutare nomen ICti? *I. F. Gronov.*

8 Schütz, ex coniectura Ernestii, *facies*. Mox verba *non civium* absunt a nostro 6, Zel. B et ed. Ro. multisque aliis antiquis libris; et recte possunt abesse, ut iam visum Manutio.

9 Sic in vett. libris scribi, sine *ut* et sine *oportet* affirmat Vrsinus, et sic revera est in ed. Ro. Recepi itaque cum Lambino et Schützio, quorum primus tamen *ut* mutavit in *et;* vulgo *ut inter bonos bene agier oportet. Agier* pro *agi* vide in Indice Lat.

10 Sic ed. Ro. Amb. 12 in marg. et Manut., quod et Schütz, suadente Ernestio, recepit. Vulgo abest *bonus.*

11 Titulus est apud ICtos. *Manut.* Vbi quod commune esse coepit (ut si duo rem eandem emerint, aut duobus idem legatum eadem hereditas obvenerit) oportet dividi, et adhibeberis ICtus, an suadebis utrique, ut se tantum respiciat, socium fraudet? *I. Fr. Gronovius.* Vict. *dividendo.*

12 Vid. ad ep. CXXVI, 1. Superiora in ICtum proprie, hoc in omnes communiter convenit. Evenit enim, ut iuremus fidei faciendae gratia. At Epicurei cur iurent non est. Deos enim iratos non timent, quos aiunt non curare mortalia, neque ipsos habere molestiae quicquam, neque cuiquam inferre. *Manut.*

13 Vlubrae Latii oppidum in clientela Trebatii; epistola CLXXIII, 3.

14 Dicebat Epicurus, remp. capessere hominem bene sanum non oportere. *Corrad.* Vid. laud. *pro Sextio* locum.

15 Academicis, qui sectam Academiae sequimur.

16 Noster 7 et aliorum aliquot *scribas.*

CLXXI.

1 Ed. Ro. *C. Trebatio.*

2 Edd. vett. *iniustum me.*

3 Epp. CXXXV, et CXXXIX. Duo Ambb. Zel. B et edd. Ro. *unis literis.*

4 Rec. tres Ambb. et edd. vett. cum Man. Lamb. *fuit ulla.*

5 Edd. Ro. Iens. Man. Lamb. *literarum.*

6 Cognomen Trebatii. *Manut.* Zel. B, edd. vett. cum Manutio *mi Testa;* unus Amb. 6 *Audi me Testa, virum s. pecunia te facit.*

7 Vide ad ep. CLXVII, 2.

8 Cod. 15 *nisi.*
9 Contrarium est in ep. CLVII, 2, not. 11; sed causae suae plerumque inservit Cicero.
10 Duo nostri, Zel. B et edd. vett. *hoc iucundum;* septimus vero *h. iucundum est.*
11 Iuris civilis prudentia. *Corrad.* Cod. 12 *parum tibi.*
12 Verba sunt, seu formula antiqua iuris, qua quis coram praetore utebatur, quum ab adversario agrum, sive quid aliud repeteret. Hinc illud De Orat. I, 10: *aliquem ex iure manum consertum vocare. Manum consertum* autem est manu apprehensum; quia litigantes in rem, hoc est, in agrum de quo lis erat, veniebant, ibique manum conserendo, hoc est, coniungendo, alter alterum de fundo exterminabat, ut fundi eius possessionem sibi vindicaret. Paullo aliter Gellius (lib. XX, c. 10) quem ad Orat. pro Mur. c. 12 expendemus. Nam hic est iocus dumtaxat Ciceronis, quo significat Trebatio bellum ei esse agendum non formulis iuris, sed ferro. Versiculi sunt ex Ennio. Ernestius *manum consertum.* Mox *mage* pro vulgato *magis* dedimus cum Manutio Schütz et Gellio l. c.
13 Sic praeter nostrorum plerosque, multi aliorum cum Rec. et edd. Med. et Min. hoc sensu: istic ferro, non iuris disputationibus cernitur, at tu ICtus, si quando vim adhibes, eam non ferro, sed facundia et ubertate disserendi soles exerere. Vulgata lectio: *et tu soles ad vim faciendam adhiberi* iamdiu eruditos fatigavit. Schütz, ut alios omittam, auctore Lambino correxit: *at tu non soles ad vim faciendam adhiberi,* quae lectio nimis longe recedit a mstis. Et *adhibere* quidem, non *adhiberi* est in omnibus fere Ambb.
14 Quid sit *exceptio* et quid *interdictum* vide pro Caecina 3 et in Ind., item et ipsam exceptionem *quod tu prior,*

quae tria si hic explicare vellem, nimis longus essem, et nihil ad huius loci institutum pertineret. Quod autem modo facit, id affert Manutius. Iocatur nempe Cicero cum Trebatio, tamquam cum homine bellica certamina libenter vitante. Numquam, ait, ad te pertinebit illa exceptio, qua praetor in interdicto uti solet: *quod tu prior vi hominibus armatis* quemquam de possessione deieceris. Facit enim tua timiditas, ne quem prior laedas.

15 Sic Schütz et Clericus omnibus fere VV. DD. auctoribus. Vulgo *non veneris*, minus recte. Nam praetor in interdicto eum alloquebatur, qui alteri vim intulisset, alterum deiecisset hominibus armatis, quique propterea prior venisset. Manut. *h. armatis conveneris*; ingeniose.

16 *Nostris*, inquit iocans, quia ICtorum cautiones erant, et oratorem cavere ICtum mirum videtur. *Manut.* Si *nostris* verum est, erit: cautionibus, quibus nos homines qui in re publ. versamur, solemus uti. At nostri quatt. Zel. B, edd. vett. et Vict. *vestris* legunt. Lamb. *de nostris cautionibus a.*

17 Et *Treviri* et *capitales* in ambiguo genere sunt posita. Nam quum videatur monere illum, ut vitet *Treviros Galliae populos*, qui *capitales* bellicosique sint, ludit quum in *Trevirorum*, tum in *capitalium* verbo. Erant enim Romae magistratus, Triumviri capitales (carceris custodiae praefecti), qui etiam Treviri dicebantur. Sed quoniam hoc ipsum Triumvirûm nomen iterum in ambiguo poni poterat, quum essent etiam apud Romanos Triumviri pecuniae cudendae, quos ita inscribebant: III. V. A. A. A. F. F., hoc est *Triumviri*, *Auro*, *Argento*, *Aere*, *flando*, *feriundo*; iocatur iterum in hoc verbo, luditque Cicero, ut mihi quidem videtur, bellissime, addens: mallem Treviros istos esse pecuniosos, quam bellicosos, ut, Caesare cos vincente, tu ditesceres. Itaque

infert, mallem esse Treviros auro, argento, aere, quam scilicet capitales. *Triumviros* autem *Treviros* solitos dici, Livius satis locuples esse testis potest. *Bembus* Bernardino Sandro. Libri multi *Trevires*.
18 Ambb. 6, 14, edd. vett. et Lamb. *argento aere*.

CLXXII.

1 Ed. Ro. *C. Trebatio*.
2 Vna ed. Minut. *quod moleste*.
3 Epp. CXXXV et CXXXIX. *Istic*, in Gallia; ep. CXXXIII. Edd. vett. *te esse istic*.
4 Lamb. scite *tum mea c*.
5 Nostri omnes cum edd. vett. *tamen hoc m.*, praeter 2, qui legit *sed tamen malo*. Et mox Lamb. *nos ferre*. Schütz, ex coniectura Ernestii delevit, *nos*.
6 Edd. vett. cum Lamb. *quod*, sic et nostri codd. *C. Matii*, cuius exstat gravissima epist. (DCCXVI). Apud Caesarem gratia valuit; ep. DXIV. *Manut. Calvena* aliquaudo dicitur. Vid. Lipsium ad Tacitum XII, 60. *Doctissimique*, Quintilianus (lib. XII, c. 6) ait Matium ante quaestoriam aetatem (an. circ. XXV) orasse; Columella (lib. XII, c. 4 et 44) scripsisse eum de pistore, coquo, et cellario libros tres. Ab Gellio quoque et Macrobio laudari video doctrinam Cn. Matii. Sed ibi *Cn.* hic *Caius* nominatur; ut vel duo Matii fuerint, diverso praenomine, uterque in primis eruditus; vel si unus fuit, mendum sit in alterutro praenomine. *Manut.* Vitiose edd. priores *Marii*.

CLXXIII.

1 Ed. Ro. *C. Trebatio*.

2 Quia antea interdum piger, interdum timidus in labore militari fuerat; ep. CL init.

3 Quatt. Ambb. Rec. et Zel. A *a te*. Mox Herv. *non ut imbecillitate*.

4 Vid. ep. CL.

5 Iam factam in ep. CXXXIII. *Sed tempore*, scilicet opportune, quum opus fuerit. Ovid. Rem. Am. v. 131:

> . . . . data tempore prosunt,
> Et data non apto tempore vina nocent.

Conf. omnino ep. CDL, 1. ad verb. *posuisti loco*. Nostri 3, 7 et Rec. *sed tamen sic habeto*; 13 *sed tamen tempore*; ed. Med. *Sed hoc tempore, sic*, etc.

6 Vtitur sermone ICtorum, ut in ep. CLXXI. *Infirmas* autem dicit ICtorum cautiones, quia in bello ius civ. friget, et, ut dixit in ep. laud., *artificium* suum Trebatio *parum prodest*. Noster 7 *nostrae cautiones*.

7 Hoc est, vel epistolam sua manu graece ad Caesarem scriptam, qua Trebatium iterum commendabat, vel poëma graecis versibus (ep. CLVIII, 3; et CXLIX, 6) in laudem Caesaris conscriptum. *Schütz*. Illud Caesari offerens Trebatius illius gratiam inire poterat.

8 Edd. vett. *ego vero*.

9 Tres nostri, scil. 6, 7, 14 et ed. Iens. addunt *scripsisti*; nimirum ex glossa.

10 Miror, inquit, quum tua manu scribas, plures a te epistolas iisdem verbis, sive eodem conceptu, mitti. Plerumque enim veteres utebantur librario, eique unum exemplum (vulgo *originale*) dabant describendum saepius et ad plures accommodandum. Cf. ep. DLXXXVIII. Ante Vict. *plures dare, quam qui*, etc.

11 Intellige *scripsisti*.

12 Vncis inclusa Lambinus et Schützius omiserunt, et de-

lenda esse etiam Muretus, I. Fr. Gronovius, Graevius et Ernestius senserunt. Commodum enim sensum non habent. Est etiam qui corrigit *quam haec non scribere*, vel *quam exscribere*, et Canterus *quam haec exscribere.*

13 Quod tempus tuum in charta abradenda insumseris.

14 Nullum te istic fructum capere e scientia iuris civ. Epist. CLXVII extr. *sin autem ista frigebunt recipias te ad nos.* Manut. Mox Vict. aliique *suppeditari.*

15 Ex qua factum est, ut non peteres.

16 Lamb. *M. Aemilii Philemonis;* quam correctionem etsi ex coniectura, tamen non improbat Victorius in posterioribus. *Metriliorum* enim mentio nuspiam occurrit, *M. Aemilii Philemonis* vero apud Asconium in argumento Milonianae. Ambb. omnes cum Zel. B et edd. vett. *Philomenis.* Mox Rec. et ed. Min. *iam audiveram.*

17 Coaxationem ranarum in paludibus Pomtinis profectarum (ut fingit) ex Vlubrano, quod oppidum Ciceroni commendaverat Trebatius, effeceratque, ut nescio quam eorum *oppidanorum* causam apud senatum ageret. *I. Fr. Gronov.* Zel. B et edd. vett. *clientum* cum aliquot Ambb.

18 Quasi ut mihi obviam prodirent venienti; ep. CCXLIV. *I. F. Gron.*

19 Duo Ambb. et ed. Iens. *raniculorum.*

20 Voces *de Pomtino* absunt a nostro 7. Non ita male; supra § 3: *has litteras scripsi in Pomtino.*

21 Hic novam epistolam exordiuntur fere omnes libri scripti et vett. edd. Errori causam dedit fortasse appositio superior diei.

22 Cod. 15 et priscae edd. *innocenter.*

23 Nostri duo *certe.* Vulgatum *recte* valet tute.

24 Zelad. A *praeterea.*

CLXXIV.

1 Simile exordium in ep. CLXXXVIII. *Guiliel.*

2 Quasi proprium et primum. *Cort.*

3 Secundus et sext. cum edd. Ro. et Iens. *In huius*, quod corrigendum est *Tu huius*, etc.

4 Sic libri fere omnes. Vulgo *expetis* a Gebhardo invectum ex Pall. codd. Ed. Med. *exspectabis.*

5 Pro *domesticarum* antiquus liber Vrsini habet *domesticos*; liber Italicus Graevii et Amb. decimus sec. *domesticarum enim tuarum rerum domesticos habes*, sed *domesticos* in margine; sec. *domesticarum enim tuarum rerum h.*

6 Vox *rebus* est a glossatore.

7 Verba *quae me magnopere delectant* absunt ab ed. Med., recte, meo quidem iudicio.

8 Quintusdec. *liceat.* In seq. membro verba *per literas* suspicor abundare. Postea ed. Med. addit: *Quid? civem*, etc.

9 Ad exitium reip. spectantibus; cp. seq. Nec fefellit coniectura Ciceronem. *Manut.*

10 Malim *atqui.*

11 Mea et rerum mearum conditio ea est. Bene etiam Manutius: Hic status meus est. Similiter fere Petron. Sat. c. 14, et aperte Cic. de Off. I, c. 31. *Cort.*

12 Ita Regius Paris. apud Lallem. uti Schütz et Clericus ediderunt. Vulgo *ut neque ea, quae nunc sentio, velim*; dictum hyperbolice: Adeo iniqua sunt tempora, et suspicione plena, ut non solum, quae sentio, nolim scribere, ne in manus alienas incidant; sed ne ea quidem, quae non sentio; ex quibus nihil omnino mali mihi esset timendum si in alienas manus inciderent, quum ea scripserim, quae revera non sentirem.

13 Septimus et decimus quintus *adhortabor.*

14 Mediocris enim exspectatio mediocrem industriam virtutemque postulat; sed *incredibilem* sine summa virtute nemo vincet. Sic in epp. CLXVI, 2; CLXIX, a med. et seq. *Manutius.*

15 Apte et proprie, quia dixerat exspectationem ei esse gravem *adversariam.* Vidit Manutius.

16 Sic cum Vict. et Schützio aliisque unus quintusdec.; ceteri, ut vulgo, *laborandum.* Lambinus *id iis esse l.*

17 Zel B *nisi tua s. s. incitatum te esse.*

CLXXV.

1 Idest, hic loci et hoc tempore qui status sit rei publ.

2 Tantum abest, ut per nuncios audeam significare, qui saepe produnt eorum fidei commissa. *Manut.* Mox nostrorum multi *audeo narrare*; Zel. B *audeo enarrare.*

3 Quae epistola non exstat. *Manut.* Ambb. fere omnes *ante.*

4 In communi periculo. *Cort.* Mox *abes*, nimirum quaestor in Asia, ut diximus ad ep. CLXVI init.

5 Zel. B *illustri et excelso.* Mox *sita est* correxit Ernestius, et receperunt posteriores: praecedit enim *vides.* Ante illum *sita sit.* Tum Zel. A *virtus tua.*

6 Imperium Rom. in *cives* et *socios* dividebatur. Sociorum plura genera Latini, Italici, Provinciales; quorum Latini iure et conditione Italis reliquis praestabant, Itali vero Provincialibus. *Manut.* Decimus sec. praepostere *et civium et sociorum.*

7 Sextus et dec. secundus *sed clarissima*; idemque dec. secundus *sed clarissima et viva et una omnium v.*, quod propius abest a Pal. quar. *et una omnium et viva voce.* Sed *clarissima* et *una* bene respondent superioribus *nec obscuro*, *nec vario.*

8 Ambb. quinque cum Lambino et ed. Ro. *non quod.*

9 Provocabulum *ne* non agnoscit Amb. sextus.

10 Scilicet an. sup. comitiorum consularium diebus per obnuntiationes sublatis, hoc autem an. interregibus ad XXXVI numero proditis, tribunis pl. Q. Pompeio Rufo et C. Lucceio Hirro rogationem de Dictatura Cn. Pompeio Magno deferenda promulgantibus. Sic cum Gothofredo et Schützio maluimus; vulgo *debilitata iam prope et exstincta.*

11 Sic editur nunc vulgo non sine libris; olim pariter ex libris *cive.*

12 Verba *ac perditis moribus* absunt ab uno quintodecimo. Cod. Scaelsianus *ac perditis hominum moribus.*

13 Quas amisimus. Ep. CXXV, 2: *Quae proposita fuerant nobis quum et honoribus amplissimis et laboribus maximis perfuncti essemus, dignitas in sententiis dicendis, libertas in re p. capessenda, ea sublata tota.* Manut.

CLXXVI.

1 In nostris aliquot *P. Sistio*, in altero *P. Sestio*, ut Victorius aliique scribunt, quod Manutius quoque probat, ne hic Sextius cum *P. Sextio* confundatur, pro quo exstat oratio.

2 Tempus exsilii sui notat. *Schütz.* Frequenter autem exsilium suum ruinam rei p. fuisse dicit.

3 Significatur P. Sextii condemnatio, qua in exsilium abire coactus est. *Schütz.*

4 Ed. Med. *cum in crimen.*

5 Ignorare historiam temporum illorum et criminis ipse Manutius rei Romanae peritissimus fatetur.

6 C. Antonium Corradus, Milonem, qui ad populum accusatus fuit a P. Clodio (ep. XCIX, 3), Manutius intel-

ligit. Si sermo esset de P. Sextio, pro quo exstat oratio, non solum nomem *familiarissimi* eius, sed etiam crimen, nimirum de vi, cognoscere nobis liceret ex orationibus pro Sextio, et in Vatinium, et ex ep. XCIX, 3 et 5.

7 Sic libri scripti et excusi; et *crimen* e glossa fluxisse putant Gebhardus, Manut. Ern. et Schützius. Quos inter Manutius voci *crimen* τὸ *nomen* substituit, Ernestius vocem *crimen* uncis inclusit, Schütz delevit. Intelligitur autem *periculum*. Mox Manutius et Lamb. *quam potui accuratissime.*

8 Sunt quidam, qui reditum ab exsilio significari putent: verumtamen huic sententiae obstat hoc, quod Cicero paullo ante illa *tempora priora* appellat, *posteriora* exsilio Sextii assignat. Intelligere ergo videtur reditum e provincia. *Schütz.* Huic vero sententiae obstat hoc, quod Cicero e Cilicia provincia rediens urbem non est ingressus, utpote qui triumphum ad portas exspectavit; et bello civili incoepto in Campaniam cum imperio missus est (epp. CCCI, 2 seqq. et CCCIII) ante, quam urbem ingredi potuisset. Restat ergo, ut cum Manutio intelligamus de adventu paullo post Alexandrinum bellum a Caesare confectum (ep. CDXXXI), quo tempore Cicero, qui diu Brundisii iacuerat, in urbem rediit.

9 Edd. Med. et Herv. *nulla in re.*

10 Scil propter odium ex caritate annonae concitatum. Videtur Sextius aedilis fuisse.

11 Filio, de quo postea. *Schütz.*

